

vel alteram ex Sacerdotibus, quorum officium & vocatio est, peccata populi corrigere, per accidens esse peccaminosam, adeo hunc culpabilem & carere tum non est, ut potius quam profunda humilitate, silentio, & compactione illius correctionem Deo relinquere & commendare debeat. Hac pro nunc, proxime animi sui vulnus severiore sale perficabo.

§. III. Tertio, propter virtutem castitatis, ad quam obligatur.

7. Jam dico tertio, honorandos esse Sacerdotes, qui Angeli sunt, illibata morum & animi ad quam firmissime obligantur & qua populo praeferre debent, castimonia. Oh Munde immande, quantum tu nauseam creabis Deo, cum e oculis in te respiciet? stabulum es sordidissimum, lacuna es foetentissima, feticulentum es obscurosimam. Verum Sacerdos in hoc stabulo inter hircos est agnus candescens: in hac lacuna est foli illasus, pertransiens: in hoc feticulentum est lilium innocens splendescens. Nunquid honore, & amore certi dignissimus? quanta autem cum aequitate, & fere dixerim necessitate Deus & Ecclesia Sacerdotibus legem castimoniae injunxerit, patet ex illo Apostoli monito, (Hob. 18.) Pacem sequimini & sanctimoniam. S. Chrysostomus & Hieronymus ap. Speranz. punct. 116. legant: Pacem sequimini & castimoniam, rationem istam adjungit textus: *sus qua nemo vidit Deum*: cum igitur ad videndum Deum necessitas sit castitatis virtus, quam innocenter, & ab omni impuritate immunes oportet esse Sacerdotem, qui quotidie Deum videt in altari, quotidie Agnum immaculatum de caelo veat, quotidie m-nibus tractat, ore sumit, & in pectore tanquam hospitio recipit. De Conrado Abbate Villariensi, postea Cardinale & Legato Apostolico in Germania narratur, (Za. col. Viri. S. Mar. Ognienensis,) quod digiti ejus sacri, quibus ad consecrationem Corporis Christi utebatur, de nocte adeo fuerint lucidi, ut his frequenter in tenebris longa candela adfluita, aiatate peragenda uteretur. Si ita est, oh quantum fulgore coram Deo & Angelis radiabant manus, os, & pedes Sacerdotis, quibus Divinitatem eorum quotidie conficit & comedit? quantum paritatis donum in animam Sacerdotis, ad gratiam Divinam dispositi, & cooperantis subsistet Dei Filii, qui amore castitatis elegit sui Matrem Virginem, qui pro omnem vitam, quantum ex Evangelio constat, ne quidem nominavit vitium huic virtuti contrarium, & qui in collegio Apostolico neminem passus est hunc vitio suspectum? Nec solum coram Deo & Angelis, sed & eorum hominibus hac castimoniae virtus admirabilibus splendet radiis; hinc Dominus Deus discrete praecepit, ut in infima velle Sacerdotalium sinitia preter campanitibus & tintinnabula etiam mala punica appenderentur: cur? ut significetur, Sacerdotem non solum per verbum praedicationis, quod per tintinnabu-

la denotatur, sed etiam per mala punica, quae virginei pudoris symbolum sunt, debere populum edificare, (Rupert. lib. 3. in Cant.) nimenim quam certum est, non esse aliam magis virtutem, quae Sacerdoti auctoritatem, & venerationem conciliat, populumque subiectum ad Dei servitium, & vitam pie Christianam magis inflammant, quam istam.

8. Hinc illa lacryma! hinc illa lacryma! clamat nonnemo, qui haecenus, dum de castitate Sacerdotum loquor, continuo in sinum rursus. Face, quisquis es, patere, ut tui in vicem eloquar, quae cogitas? obtura aures? ad Sacerdotis verba factam!

9. Advertis, mi Sacerdos, quid hic laicorum rursus sibi velit? nimirum inquit, non esse quod Sacerdotes hac ex parte sibi iactabunda applaudant, pereverisse non nunquam scandala, ex quibus innotuit, etiam illos non esse Angelos, a vitio contrario immunes. Eheu! utinam saltem dicerent! Antiquitus cum aliqua Vestalium Virginum, (Menoch. cont. 8. v. 43.) qui in delubris conservando perpetuo igni serviebant, impudici criminis convinceretur, ad crudelissimam mortem condemnata, primo flagrascenti, dein a sacrificiis imaledici, ac demum viva subtus terram tumulari solebat. Tanta autem ea die erat populi consternatio ac publicus lacus, ut nemo conviviis interesse, nemo negotia publica tractare, nemo alteri colloqui auderet. Si hoc inter gentes, cheu! quanta tristitia Ecclesiam obrui necesse est, cum viderie & Sacerdotibus aliquem tam pudendo scelere contaminari? cum viderit hunc sacerdotem destruere quod alii aedificant, non Christum sed voluptatem sectari, non Deo, sed diabo vivere! O bone Deus! Quid infelicissimus Sacerdos, qui hac pie sordescit, quid ad Dei gloriam, quid ad animarum salutem, quid ad peccatorum conversionem facere poterit? qui talibus vcat, postum cum Christo foveo Hom. contraluxur. dicere, *inuisit sit, & ad nihil accomodatus*: quin imo plus nocebit, quam proderit; quia sceleris, quo laborat, contagionem etiam in subiectum populum exempli pravitate propagabit. Clamet ad rivum ulque de cathedra, moneat & hortetur sine fine in sacro tribunali, ad consequendam salutem esse necessitatem penitentiam, fugam occisionis, & vitam ab omni peccato alienam, & quae sunt alia, nihil efficiet, ait S. Hieronymus, ad Oceanod. un. viro, *perdes enim auctoritatem dicendi, equi sermo spee destruat*. Bacchides & Alcimus impii Regis Demetrii Bellidices cum ingenti exercitu venerunt in Judaeam, missique legati ad Judam Machabzum & fratres ejus amicitiam illorum sollicitabant, pacis condiciones offerrebant, protestantes, se nihil inimicum moliri. Quid egerunt Machabaei? *Non intendentes sermonibus eorum!* (1. Mach. 7.) Et quare? quam ob rem suspectam habuerunt legatorum fidem? quia viderunt, quod venerint cum magno exercitu: cogitabant secum generosi pugiles: quo modo

CONCEPTUS XXX.

De bello Turcico infelicitate gesto, & promulgato 14. de causa Jubileo.

Extollens vocem quaedam maister de turba dixit illi: Beatus venter, qui te portavit, & ubera quae suxisti, Luc. 17.

Hodie B. V. Christianis exercitii valde propicia fuit.

Hodie, dilectissimi, hodie felicissima dies est, quae ante centenos & sexaginta octo annos, id est, anno millesimo, quingentesimo, & septuagesimo primo sanctae salvifica Ecclesiae grandem gloriam, ac emolumentum parituri. Solimus Turcarum tyrannus, postquam Venetorum Reipublicae Regnum & Insulam Cypriam injustissimo bello eripuit, victoriosus elatus formidabilem classem expedit, qua ceteras Hellepontici, ac Aegei maris insulas devorare, & sic in illis regionibus Christiani nominis Reliquias penitus extinguere cogitabat. Indoluit tanto Ecclesiae periculo sanctus Pontifex Pius V. eoque, quo pro Dei gratia ardebat zelo, Christianos Principes commovit, ut conjunctis viribus saustulo Turcae molimini sese opponerent. Commotio felicem nocte effeclum; inito iocedere inter ipsum Pontificem, Hispaniarum regem, Republicam Venetorum, & equites Melitenfes, consista est terribilis ducentorum, & amplius irremiam classis, tormentis bellicis, omnique armorum genere ac praecipue cubis, militibusque mire animosis optime instructa, atque invictissimi Joannis Austriae, tanquam supremi Archialiafii imperio subdita. Generosi hi Pugiles dispositis in aciem navigis Dei & aura favente vela dabant, & hodie circa meridiem in classem Turcarum apud Naupactum in cidebant: ventum est ad crudele praelium, quo iteratis tormentorum ac fulminum explosionibus totum mare ardebat, atque insu utriusque sanguine rubere visum est. Tandem post quatuor horarum certamen victoria profusius insignis, ac tanta inaudita penes Christianos stetit: caesa sunt barbarorum triginta millia, mancipia Christiana in libertatem assera ad quinque millia, inimicae triremes captae plus quam ducenta, flammis & aquis haulta nonaginta, tormenta majora hosti erepta mille & fere ducenta, minorae trecenta, & quod caput est, fractus est tyranni saltus, non aut amplius Christianorum regiones eo bello infestare. (Favon. L. de Beotie. V. M. c. 17. & alii.) Hanc victoriam a Deo prodigiode datam, & patrocinio Beatissimae Virginis impetratam esse adeo indubitate est fidelium perlusio, (Forsell in vita Virg. & alii.) ut Pius V. Pontifex in perpetuum rei memoriam hodierno festo titulum adiecerit Mariae de Vittoria. Cur autem Beatissima Virgo (Favian. Strada de Bell. Belg. Dec. 1. l. 9.) adeo fovit Christiano exercitui, ut etiam hostes

modo convestunt inter se verba pacifica, & manus armatae, verborum blanditiae & militum copiae? amica promissiones & inimici casus? hac cogitatur, simulque legatos pro deceptoribus habuerunt. Ita in nostro caly fieri amat, sunt Sacerdotes, qui per totum annum contra vitam detonant, virtutum extollant, pacem cum Deo & proximo commendant, & tamen nihil efficiunt: quare nihil? quia exemplo destruant, quod verbis aedificant, nec manibus operantur legem Dei, quam ore sonant. Hanc certe in sensum S. Felix quisquis, (Semin. Regn. Dei P. 2. c. 4.) cur verba praedicatorum sint adeo debilia in morando? discrete reposuit, quia manus eorum tam valde debiles in operando! Oh utinam Sacerdotes ab hoc viti genere essent illibati, atque opere complerent, quod verbis loquuntur, profecto pauciora essent scandala, & plures peccatorum conversiones.

10. Epilegus. Tu vero, mi Christiane, profundissime cordi tuo imprime illud principium: ad verba, non ad mores Sacerdotum attendendum esse! accipis & quidem libenter a benefactore aureum, etiam manus qua aureum tibi porrigit, illota & sordida sit; ita oportet ut salubrem doctrinam, & vite Christianae regulam a Deo gratia mente accipias, etiam si illam tibi per Sacerdotem discolum, & vitiosum in siner; id enim expresse docuit & praecipit Christus Dominus, iniquens, super cathedram Moysis sederunt Scribae & Pharisei, quodcumque dixerint vobis, facite, secundum opera autem illorum nolite facere! Postquam Patriarcha Moyses in monte alloquio Dei per aliquot dies fratus est, deia cum duabus tabulis legis ad populum redus, tanto facie splendore coruscavit, ut filii Israel in eum oculis intendere non poterant. Cur autem hoc ex Dei ordinatione factum, cur Moyses tam radiolo fulgore circumdatus est? Nempe ut Israelite tantum oculis deligerent in tabulis legis, non in Moysen. Elio, quod ille tabulas primo confregit, esto, quod Aegyptium occiderit, esto, quod athiopis nuperit, ta legem apice, & secundum hanc, non secundum bajulum legis mores ac vitam ordina. Sic in nostro proposito loquor: Esto nonnunquam inveniri Sacerdotem vitium deditum, tu legem Dei, quem docet, non vitam, quae praesert, amulare, & de cetero Sacerdotes debito honore venerare, atque graties repende Deo optimo Maximo, quod longe plures inveniantur Sacerdotes omnibus numeris absoluti, qui muneris sui partes ad amissum explent, id est, qui sunt Angeli ex sua vocatione & officio, Angeli ex animarum & gloriae Divinae zelo, Angeli tandem ex animi puritate ab omni contrario novo profus alieni. Amen.

hostes facti sint, ipsam cum Angelis armatis in aere supra Christianorum classem comparuisse? Dico, ob insignem pietatem militum, & totius populi Christiani; Militum quidem; quia omnes antequam navigia conscenderant; sanctissimis Consecrationis & Eucharistiæ Sacramentis animam exspiant; populi Christiani vero; quia subtilis vanitasque ac peccatis ardentissime Dei auxilium implorabant; ideo cum per tres horas anceps prælii alea nutabat, tandem quartæ, hoc est ipsissima hora, qua Mariæz fidelitates ea die publicis comprecationibus vacabant, (Joann. Rho. Hist. var. c. 1. B. de fort. p. 1.) hostium fors retro cedere, & victoriam penes nostros stabiliter herere coepit. Tota Ecclesia hodiecum immensa gratitudine se Beatissimæ Dei Matræ obstrictam esse agnoscit, clamatque cum hodierna muliere, (Luc. 11.) *Beatus veniet qui se portavit, & ubera, que suxisti?*

Quod autem nunc nos deservat, nostra peccata in causa sunt.

2. *Prospicio.* Jam verto stylum & cum suspensis loqui incipio! O Bone Deus! qua causa subest, quod Beatissima Cælorum Regina, qua terribilis est ut castrorum acies ordinata, & Lunam sub pedibus habet, qua causa inquam subest, quod nunc militantem Ecclesiam suo auxilio destituerit, Cæsareanum exercitum a Turcis cadi, & quod plus dolendum, fortissimum propagaculum Albam Græcam, totius Christianitatis murum & antemurale in Ottomanis raptores manus devenire permiserit? Ah! nec militis, nec populi Christianus ea pietate vigent, qua tempore supra memorato: peccata Christianorum causæ sunt, qua luctuosum hoc irati Numinis flagellum in nos provocat. Dubitatis? ergo attendite, an non id solide probem, si mulque decernite, quanti nobis intesit, ut hoc ineventu subilati tempore iratum Numen placare fudeamus. Favete!

Victoria in bello est donum gratiarum Dei, quod Deus peccatoribus non conferre solet.

3. *Confirmatio.* Nemo arbitretur, felicem bellorum successum vel a cæca sorte, vel a Ducum sagacia, vel a consiliorum prudentia, vel a fortitudine militum dependere: falsa est ista persuasio, victoria de celo venit; & Dei donum est, id quod omni mundi ætate adeo in dubitatum habebatur, ut eorum gentes lumine fidei destituta, ex instinctu naturæ id agnoverunt, ea propter, cum contra hostes feliciter pugnaverunt, ordinarie arma triumpho reportata. Diis suis in gratitudinis testem consecraverunt, prout fecerunt Athienses contra Lacones triumphans, Leocrates Piræum oppidum expugnans, & plures alii, (Corn. a Lap. in Num. 31. v. 50.)

4. Verum quid superstitionos gentium nugas refero? spectate eam in vallem terebynthi. Ibi e castris Philistinorum singulis diebus progrediebatur portentosa magnitudinis gigas, (1. Reg. 17.) qui inter impudentes farcafimos & ri-

sus insultabat populo Dei, & virum ex illis, quibus audebat, ad singulare certamen provocare. Ommibus metu trepidantibus tandem in arenam prodiit generosus David. Qua armatura? non alia nisi baculo & funda, quibus a teneris assueverat. Difficile dictu est, quorsum truculentus thrafo imbocillam adæstantium exceperit, dicens: veni nuncie, discerpam te in mille frusta, & carnes tuas volucris palubandis in arenam spargam: verum David nihil moratus arripit e para pavorita lapidem, eumque funda imponens rotat, ac projecit ac dexteritate, ut lapis in fronte gigantis infusus cum in arenam prostraverit: jacet, palpitat, animam agit; id, ut conficiat David, sine mora festinas accurrit, gladium ipsiumque gigantes, quem e latere gerebat, educit, eique caput amputat. Oh gloriose juvenis, gratulor tibi tam insignem, & omnibus sæculis memorandam victoriam, & jam tibi suadeo, ut hunc Goliathi gladium in arenam rei memoriam afferres! veniet tempus; cum ad regale Israelis solum evectus Proceribus aule, ac Regni Principibus illum exhibere, dicereque poteris: En, hic gladius est Goliathi, quo illi in valle terebynthi fastuosum caput deculsi! verum inania suadeo Davidi! ille Spiritus Dei plenus gladium pro anathemate obtulit Deo: *Arma eius posuit in telamontium.* Quæres non alia de causa, quam quia victoriam non sibi, sed uni Deo in acceptis referbat; ideo etiam, ubi in pugna palæstram progressus est, statim in hæc verba erupit, (1. Reg. 17.) *Non in gladio, nec in hasta salvat Dominus; ipsius enim est bellum.* Notate, Christiani mei, hæc verba: ipsius enim est bellum! quibus indicare vult, auspicio bellorum successus, ac victorias non esse humane industriæ, sed Divinæ beneficentiæ opus: *Deus noster est Deus exercituum, ac bellorum; cui vult victorias imperare;* (Aug. Calmet in 1. Reg. 17. v. 47.) ita huic loco subseribit Doctissimus Calmet. Jam promoveamus ulterius discursum.

5. Cum igitur bellorum victoria ea parte gratuitum Dei beneficium, & altera autem parte certum sit, quod Deus sua beneficia immeritis non conferat, quis credat aut speret, victorian fore? peius regnum aut populum flagitiosum ac sceleribus plenum? absit hoc credere, potius habetur ab experientia, quod iustissimus Deus ejusmodi regna ac populos derelinquit, hostibus in opprobrium tradat, cadi, expugnari, opprimi, & devastari permittat. Oh quam energice iterum sacre literæ hæc nobis veritatem inculcant. Postquam Holoternes finitimas circum circa Regiones victricibus armis expugnatas Regi suo Nabuchodonosor subjecerat, etiam Judæorum populo arma inferre cogitavit. Id antequam faceret, cum Ducibus ac tribunis suis consilium inivit: & ecce! quid Achior Ammonitarum Dux faciendum iussit: *Magne Principes, ajebat ad Holoternem, antequam pedem in terram Israelis inseramus, prius exploreare necesse est, quomodo defacto Judæi cum Deo suo se habeant; ab experientia enim notum mihi est,*

est, si mandata Dei suscipiant, non est potestas in mundo, que illis prævaleat: quodsi vero in vitis, flagitiis & delictis vitam trahant, *ostensurum ad illas, quoniam tradens tradet illis. Deus eorum tibi* (Judith. 9.) Ita Achior olim sentite de Judæis, & ego hodie sentio de Christianis. Si impie vivant, & a sanctissima lege sua profus alieni sint (possunt dicere Gentiles & Turcæ) ascendamus ad illos, & tradens tradet illos Deus in manibus nostris! Percurramus autem orbem, & que sit vitæ ratio, qui Christianorum mores jam perpiciamus!

Cum igitur Christianus populus plenus sit vitis, non mirum est bella nostra infeliciter geri idque tanto magis, quia peccata Christianorum sunt graviora quam Turcarum.

6. Quid agitur in aulis Principum! Ibi licere putatur quod libet, æternæ fidei veritates risu habentur, quotidie bacchanalia celebrantur, quibus non jam ad Dei oblivionem, sed ad Atheismum devenitur. Quis agitur in tribunalibus & curiis? ibi jura venduntur, veritas opprimitur, sententia non pro meliore, sed pro ditore causa proteritur, & tandem ille cœlestis esse potior, qui altior. Quid agitur in nobilibus castellis? ibi sine respecta Christianæ legis instauratorum secundum impulsu cupiditatum vivitur, ambitio & tyrannus dominatum tenet, quo miseri subditi emunguntur, intolerabili jago piemuntur, ad incitas & exilia perducuntur. Quid agitur in mercatorum tabernis? ibi merces corrumpuntur, injusta pretia pro libitu augentur, mendacia & perjury sine omni conscientie remora multiplicantur. Quid agitur in civium habitaculis? ibi educatio prolium negligitur, seduciani sales ac cantilenæ cum risu excipiuntur, & famularum, famularumque impudentis dissimulantur. Quid agitur in popinis & conventibus? ibi ebrietates, scurrilologia, immodeste choreæ, jurgia, juramenta, blasphemix libere tolerantur, modo caupo pecunias trahat, parum cura habetur, si diabolus animas abripiat. Quid agitur in militum castris? ibi quintum, sextum & septimum præceptum putantur esse sublata, in hybernialibus aut transitu subditi inclementius, quam ab ipso hoste expeculantur, furta & rapina habentur pro artificio, luxuria pro recreatione, crudelitas pro ratione status. Quid agitur in rusticorum & pauperum tuguriis? ibi turpidissima in rebus fidei regnat ignorantia, liberi inlucro educantur, in decimarum solutione, & debitorum expansione mille fraudes committuntur, atque agrorum, sylvarum ac camporum limites, arando, marginandoque sine omni scrupulo exceduntur. Quid agitur denique in Ecclesiis? ibi ad rem Divinam tanquam ad comediam convenitur, risibus, jocis, garrulitate, & oculorum curiositate vacatur, Sacerdotium contemnitur, Verbum Divinum pro inani cæremonia reputatur; ipsaque Sacramenta confessionis, & Eucharistiæ tam inconditis compressioni-

bus, ac morum dissolutione frequentantur, ut multi Christianorum, qui cum uno peccato lethali ingressi sunt, cum decem revertantur. Quod pessimum est! elli nulla fit in senibus reverentia, nulla in superioribus vigilancia, nulla in conjugatis disciplina, nulla in solutis castitas, nulla in contradictis fides, tamen etiam repedia deficiunt: non est speranda emendatio, quia quisquis corrigitur, injuriam sibi fieri arbitrat, adeoque pro dolor! tandem verum fit illud Divi Cypriani Epist. 2. ad Donat. pronuntiandum: *Confesere jura peccatis, & cupit esse licitum, quod publicum est.*

7. Jam, ut redeam unde exii, si in Christiano populo hæc & alia flagitia, quorum nomen abhorreo, plenis furis dominantur; quis quæso speret, felicem illi successum nobis a Deo indultum iri? est impossibile! quotquot peccata committimus, tot lanceas ac sarissas fabricamus, committimus, quæ Turcæ, juratus Christiani nominis hostis in nostrum exercitum ejaculatur. Non patior me saltitatis aut temeritatis accusari; quia loquor ad vestigia S. Hieronymi dicentis, Epist. 3. ad Heliod. *Nostris peccatis barbari furis sunt, nostris vitis Romanus superatur exercitus.*

8. Dicit aliquis: Nunquid & Turcæ peccant? Peccant utique & quidem propudiosius quam nos. Verum unicum peccatum hominis Christiani gravius est, quam decem aliorum Turcæ. Saltem Christianus habet veram fidem. Vera fides non est excusatio, sed augmentum militie: Ponamus quod hodie ab infensissimo inimico pugnis egregie excipiaris, cras vero etiam amicus optimus, cui milena præstitisti beneficia, aliam tibi, tumentibus adhuc genas insinuat, utra injuria acerbius te affligit? sine dubio hæc ultima. Par ratio se habet apud Deum; quod enim a Turcis & Gentilibus offendatur, haud admodum illi dolet? quia inimici sunt, ab inimico quid poterit sperare melius? verum quod ab homine Christiano, quem ad salvificam fidem præ Turcis & gentilibus vocavit, cui peccata, & quidem originale in Baptismo, & actuali in penitentia non una vice remisit, quem sacrosanctæ carne & sanguine suo in Eucharistiæ Sacramento multoties pavit, quem cupit esse amicum suum optimum & Regni cœlestis heredem, quod inquam, ab homine Christiano contemnitur, & injuria afficitur, hoc intimo corde illum contristat & affligit. Prosequor augmentum, & rem adhuc clarius explico per discursum valde notabilem! Est mirabile & humano intellectu profus imperceptibile, cur optimus maximus Deus, cuius providentia omnia disponit suaviter, & ad finem perducit fortiter, terram illam sanctam Syria seu Palestinæ, quam Incarnatus Dei Filius sacrosanctissimis suis vestigiis, miraculis, & sanguine consecravit, a diuturnis jam sæculis in manibus Turcarum, ac Saracenorum, relinquit? Ah! quanta bellorum molimina, quantas terrarum quique expeditiones susceperunt Christiani Principes, præsertim Galharum Reges, ut terram illam,

ubi Divinus mundi Receptor natus, eductus, passus & mortuus est Christiano nomine subjugaret; (*P. An. Prop. 3. l. 6.*) Quid non fecit Ludovicus VI. quid Philippus II. quid Ludovicus IX. Reges Galliarum 2 una cum federata Principibus, & flore Nobilitatis in Syriam navigavit, sed infeliciter successu; quippe tempestivitas, proditionibus Græcorum, fame, peste, crucentis cadibus, ipsaque captivitate miserandum in modum afflicti, nil aliud habuerunt super, quam ut precariam vitam a barbaris pretiosis litris redimerent; elusit ex omnibus indicis, bellum invito celo geri, malleque Christum Dominum, suam patriam a Saracenis, quam a Christianis possideri. Ah! Deus meus & omnia! an possibile est, ut in sanctissimis illis locis sceleratissimos idololatrias, & juratos Ecclesie tuæ hostes sustineas? Est possibile! quæ de causa? Deus non mihi respondit, sed fecit, ut incidirem in Casarium Heiterbacensem, illust. Hist. l. 4. c. 17. ibique ex historica causam hujus rei edoctus sum.

2. Anno 1187. Saladinus Syriæ Soldanus urbem Jerusalem, totamque terram sanctam arabe occupavit, atque filium suum Noradinum gubernatorem constituit in urbe Achon, ubi omnia Europæorum navigia appellere debebant. Quondam Noradinus in suo palatio grandem tristem adventantem conspicit, prout erat mansuetissimus Princeps, ita confessum misit, qui itineratibus suam protectionem, ac amicitiam denunciaret. Insuper hoc comitatus obsequium adeo placuit Nobili cuidam Belgæ, qui eo vehabat navigio, ut Principi ferreum suum thoracem, cassidem & arma artificiose elaborata dono submisserit. & ecce! auxit Princeps favores, in propria persona ad portum maritimum exiit, & peregrinis pretiosissimas fruges, omnique generis annonam liberaliter distribuit. Redientem ad palatium nobilis ille constitutus est, ibique incidit in unum ex primis aulae proceribus, & instantem se, & instantem, qua ratione defecit Christiani in Germania suam legem observarent? Satis bene, respondit Nobilis. At ego tibi, subinferebat Satrapa, enarra, quem vite tenorem habuerint Christiani, dum his adhuc terris potiebantur. Juveniseram, atque linguarum aliorumque exercitiorum causa in aula Regis Hierosolymitani versabar, inchoa Christianorum dicta, ac facta non potui non observare: erant autem tam impudentes ac scelerati, ut proprias filias, sorores, & uxores pro pretio venum exponerent: ipsi peregrini qui ad visitanda loca sacra adveniant, gula, ebrietas, luxu ac luxuria adeo vacabant, ut brutis quam hominibus similiores, nullum omnino Dei timorem, aut cultum præferrent. Eheu! Abram-po historiam, & satis jam capio, quæ de causa iustissimus Deus terram illam sanctam inimicis tradiderit; nimirum quia intolerabilis illi erat, peccata Christianorum, quam Saraceno- rum tibi intueri. Redite jam ad nostrum propositum, & haud difficulter hanc conclusionem

formare poteritis: Deus dereliquit Casareanatum exercitium, & manifestam urbem Belgradum in manus inimicorum delabi permittit, ob peccata Christianorum.

10. Non est ita, obturbat hic non memo non est ita! Non debuissimus aggredi Turcam, sui- mus viribus longe inferiores, exercitio peste & fame extenuata est; Imperator non habebat Ducem, consilia non bene fuerant agitata, acies non bene disposita! Mi Christiane, nec confectio tibi, nec contradico, sed addo, hæc omnia esse meros effectus peccati. Si Deus in mortem tradere vult agrorum, excaecat medicos & chyrurgos: & si punire vult integrum Regnum, excaecat Principes & Consiliarios. Memini me audivisse de celebri quadam Italiae urbe, quod in principali sua Ecclesia organum pneumaticum pretiosum & admirandi operis confici curaverit. Artificio perfecto quæsier civis archiepiscopus, an opus adhuc præstantius esse borare posset? Possent, ajebat iste, tum utrumque illi oculum eruerent, ne forte hanc artificii gloriam alteri cuiquam urbium cedere cogereant. Infelix at- talem ultimi honoris causa rogabat, ut adhuc semel ad suum organum adduceretur: adductus est, & ecce! unicum filium ferreum abrupit, quo factum est, ut organum illud hodiernam in diem defectu laboret, a nemine artificum reparabilis. Jam accedant ad hoc organum centeni, milleni, quilibet diversum iudicium ferret: dicit unus, defectum se tenere ex parte pedalis, alter ex parte manualis, tertius ex parte registrorum, quartus ex parte solium, & sic deinceps: sed dicant quidquid velint, revera totius mali origo est, quod Organopus in illa- ti sibi criminis vindictam filium illud arcano sfigerit. Patrem in sensum hinc discurrendum est: Esto erratum esse in causa belli, esto stipendia militum non esse soluta, esto exploratores fuisse proditores, esto Polimarchos & Duces fuisse infidos, & quæ sunt similia; revera sensum fortuna, & belli infeliciter gestu causa hæc est, quod Divinus artifex, qui in hoc mundo instat organi omnia ordinat, peccatis Christianorum irritatas consilia Dicum & Procerum corripuit. Verbo omnia, decipitur & decipiunt, nisi cum Regina Esther fateamur: *Precor- vultus in conspectu tuo, ideo tradidit furus in manus inimicorum nostrorum.* (Ester. 14.)

11. His jam auditis, dic mihi obstinate peccator, qui in vanitatibus, in deliciis, in injustitiis, in luxuriis absque ullo Domini timore defecisti, dic quis tibi animus? Tua culpa accidit, quod generosissimi ac nobilissimi milites auxilio Dei destituti in florentissima vite ætate barbarorum acia succubuerint! Tua culpa accidit, quod multi alii in miseranda captivitate abrepti nunc in vinculis, specibus, & armis contabescant. Tua culpa accidit, quod multi Patriote Germani, qui ante aliquot annos sumptibus fortunarum suarum recalis in Hungariam commigrarunt, jam emptæ & culta prædium pro- pteritate & exilio commutare debuerint. Tua

calpa

calpa accidit, quod optimi cives Belgradenses hæc ædificia funditus erecta non sine immensis hæcrynms, & luctu barbaris cedere cogantur. Tua culpa accidit, quod multi qui temporalibus nimis inordinate agglutinati sunt, malint Religionem, quam suis fortunis valericere. Tua culpa accidit, quod Ecclesie & monasteria in hac urbe ædificata jam in equorum stabula, in hær- ras, & Mahometis Moschaæ convertantur. Tua culpa accidit, quod sedes Episcopalis immensis sumptibus fundata iterum tollatur, & sacri- conationarum ac catechistarum conatus in anima- rum salutem, & Ecclesie propagationem impensi- vo effectu frustrentur. Tus culpa accidit, quod SS. Eucharistia Sacramentum, Missæ Sacramentum, & Crucifixi ac Sanctorum imagines tam in tem- plis, quam privatis domibus eliminantur, & loco horum ubique Turcica Luna erigatur. Tua culpa accidit, quod Christus Dominus ab impiis Mahometanis contemnatur, irideatur, & blasphemetur, tanquam infirmus & impotens Deus, qui Christianis militibus assistere non poterit. O mi Christiane peccator, quam graves ac terribiles accusationes in illa die contra te afferet Ecclesia, quæ ex tuis sceleribus tur- piter deformata, & ideo a Divinissimo sponso suo odio habita, ac derelicta fuit. Væ tibi, quia contra te vindictam clamabit.

12. *Epilogus.* Quid igitur factu opus est? O Christiani mei, quid factu opus sit, insinuat nobis præfens Jubilæum! vult Sanctissimus Pontifex, ut penitentiam agamus, & misericordiam Dei humiliter imploremus; videatur id tanto magis necessarium, quia Ecclesia non solum in Hungaria, sed & alibi gravissime premitur & affligitur. Eheu! gliscit sub cinere ignis, qui si in flammam erumpat etiam in nostra Patria salvificæ Religionis poterit esse exitialis! Quare agite amplectimini consilium sanctissimi Pontificis! quilibet studet per seriam sanctamque Confessionem ac Communionem mundare conscientiam, dein intra præstitum quatuordecim dierum terminum hæc Ecclesiam saltem veniet visitare, ibique pro exaltatione Sanctæ Mariæ Ecclesie, pro concordia Principum Christianorum, & extirpatione Hæresum ardes- ces precas fundat, in una septimana tres dies fastidias observet, & pro fortunæ suis stipem in egenos distribuat; hæc enim sunt puncta, quæ pro lucrando indulgentiis requiruntur. De cetero, cum certum sit penitentiam sine emenda- tione nullam esse, jam cessent vanitates & deliciae, tollantur abusus & scandala, raceant fideiænes & choraula, prohibeantur choreæ & tripudia, fingantur prave occasiones, abrum- pantur peccaminosa familiaritates, desinant ebrietates & luxurias, atque omnis plebs coram Crucifixo la humilians clamet: O Domine miserere Ecclesie tuæ, quam pretioso Sanguine fundasti, qui ad portæ infernales & etiam Tur- cicæ contra illam non prevaleant! &c. Tuque etiam o Sanctissima Dei Genitrix, quæ hodiernæ die Christianis insignem victoriam mirabili-

ter contulisti, miserere nostri, & exiguum Catholico- rum gregem, qui ex omni parte ab hostibus premitur, sub tuo Materno pallio prote- ge; Nos grati tibi erimus, & cum hodierna muliere sine fine clamabimus: *Beatus venor qui te portavit, & ubera, quæ suxisti.* (Luc. 11.) Amen.

In Festo SS. Apostolorum Simonis & Judæ.

CONCEPTUS XXXI.

De reverentia Sacerdotibus debita propter Sacrificium, Verbum Dei, & Honoris præces.

Si Mundus vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Joann. 15.

Sacerdotes ab omnibus gentibus honorantur.

1. Nulla est gens, nulla vis solentia, qua non ex instinctu quodam naturali Sacerdotes in honore habendos esse sensit. Rex Pharaos, etiam populus Aegypti novissimis usque ad extremos regni sui fines sibi tributarios esse voluerit, terram tamen, quam Sacerdotibus inhabitandam dedit, ab omni onere exemit. (*Gen. 24.*) Aethyopes Sacerdotibus suis tantam potestatem contulerunt, ut Reges e throno dejecte, & si ipsis visum fuerit, morti ad- judicare poterint. (*Baron. ann. 571. n. 34.*) In Republica Romana Angures tanta auctoritate pollebant, ut facultatem haberint Senatus Jurisconsulti annullandi, & consules ab officio deponendi, quod si quis populum aliquid dixisset non placet Diis, ut inter mortales diutius vi- vas, miser ille, tanquam ad oraculum, confes- sim sibi violentas manus inferre, & proprio mucrone trucidare non dubitasset. Veteres Ger- mani id solemne habebant, ut nemo sententia Judicis ad mortem condemnare posset, nisi cum Sacerdos ratam habuisset. Hac erat gen- tilium erga suos sacrificios reverentia! verum non minor fidelium, saltem eorum, qui virtu- te, & prudentia excelluerant, erga veros Chri- sti Sacerdotes! S. Antonius, Vir ferè venerabilis, demonibus formidabilis & Immis Prin- cipibus adeo estimabilis, ut felices se reputarent, (*Leobner Bibl. V. Sacerdot.*) si epistola ab eo honorarentur, cum obvium haberet Sacerdotem, in publica via ejus pedibus advolunt, non antea furexir, quam benedictionem ab illo impetraret. S. Franciscus Seraphicus dicere sepius solebat, si Sacerdos simul & Sacerdotem obvium haberet, se prius Sacerdotis manum osculo veneraturum, deinde principem reverentiam Angelo exhibiturum. S. Catharina Senensis tantum in Sacerdotes veneratione ferebatur, ut coram pedum vestigia, dum vel ab altari vel a cathedra redibant, pio osculo venerari se solita. Quæ autem causa tante affectionis? Quid olim invidios commovit, & nunc fideles, saltem prudentiores, & meliores commovet ad tantam

tantam erga Sacerdotes reverentiam? Respondeo, commovet, & commovet debita gratitudo, quia nimirum seria mente debeatur, & ponderant immensa beneficia, quæ ex Sacerdotum functionibus in universum genus humanum redundant.

Et merito quidem, quia per SS. Missæ Sacrificium, per Verbum Dei, & preces quotidianas toti mundo ingens beneficium præstat.

2. *Proposito.* Quænam sunt ista beneficia? sunt, quæ Sacerdos sacrificando, Verbum Divinum prædicando, & preces horarias, aliasque persolvendo toti mundo exhibet: Sacrificando placat Numinis iram peccatis hominum irritatam: Prædicando tollit & evertit objectum iracundiæ Divinæ, videlicet peccatum: Orando impedit, aut saltem suspendit effectum iracundiæ Divinæ, nempe penas temporales & æternas. An putas, exigua sunt hæc Sacerdotum beneficia? Atque! inveniatur Sacerdotem in altari, in cathedra, & in choro, atque confideremus, quod illi debeamus, neque deerit occasio, ea quæ dicentur, ex vita & gestis SS. Apostolorum Simonis & Judæ aliquatenus exemplificandi: Attendite! Favete!

§. I.

3. *Confirmatio.* Non exiguum meretur gratitudinem Sacerdos propter beneficium, quod universo humano generi præstat sacrificando. Nolo hic dilaudare SS. Sacrificii virtutem, quæ sancti Apostoli Simon & Judas prima die, quæ Ægyptum & Mesopotamiam intrarunt, omnia utriusque regionis idola, quæ antea consulentibus responsa fundebant, obmutescere fecerunt: sed de illa virtute loquor, quæ iustitiæ Divinæ, peccatis hominum irritatæ Sacerdos per SS. Sacrificium quasi vim inferit, cum enim non tantum fit legatus Dei ad homines, prout nuper explicavimus, sed etiam legatus hominum ad Deum, id agit per incrementum Altaris Sacrificium, ut Divinam Iustitiam quotidianis peccatis nostris irritatam placet & tranquillat. Quam causam esse putatis, Dilectissimi, quod Deus nunc in gubernando hoc universo tanto plus Misericordiam ostendat, quam ostendit faculis antiquis? (*Judic. 10.*) Eheu! quis non exhorretur? ad sumendam de uno adultero vindictam quinque millia Benjaminitarum gladiis occidi voluit. Ob levem Davidis Regis in numerando populo vanitatem ac superbiam, pestem Deus immisit tam funestam, ut modico temporis intervallo septuaginta mortalium millia extincta sint. (*2. Reg. 24.*) Obrutus unus cursorior, aut minus reverens, quem in arcam Beniamin (*1. Reg. 6.*) desiderant strage quinquaginta millium ex ea gente vindicatus est. Nunc, est adulterium, postquam matrimonium ad Sacramenti dignitatem evertitum est, non tantum iniustitiæ seditionem,

sed & maliitiam quodammodo Sacrillegii complectatur: Nunc dum non tantum vanitates, sed noxia in publicum exempla, imò perjuria & detestandæ blasphemie, quæ omni fere momento in injuriam Divini Nominis evolvuntur, aliaque peccata crebrescunt: Nunc est permulti Arcam Eucharisticam non tantum indigne intueri, sed indigne manducare in SS. Sacramento præsumant: Nunc, inquam, haud fecus ac Sietiamam in crucis truncosissimas haberet manus, sensum nullum prodit, & immania populi scelera majori longanimitate, quam olim leves contra debentur sibi reverentiam noxas tolerare. Quæ causa tanti in Munda gubernando discriminis? an forsitan commissio populi peccata minus jam habent maliitiam, & venia atque excusatione magis digna sunt, quam olim? Nihil minus! vera tam suspensæ clementiæ causa est Sacrificium Missæ, in quo nullo non tempore Patri æterno magna illa victimâ Christi Jesus sacerdotum manibus immolatur. Atque hic est arcus illic coelestis, qui Divinæ iustitiæ tempestates sedat, & potentissimâ Divini sanguinis voce pro toto mortalium genere misericordiam implorat, & impetrat.

4. Atque hoc olim Hebræo populo deerat, qui est pro peccatis diversissimorum rituum Sacrificia habere, nullum tamen habuit ejus virtutis ac potentie, quantum suspicimus in novæ legis Sacrificio. Idcirco Deus infelicibus illis exprobat, quod tot suis hostiis ac oblationibus id efficere non possent, ut furorem ejus ac indignationem mitigarent: *Alpe vitularum nostrarum non inebriasti me.* (*1. Par. 25.*) Nil tale jam Deus exprobrare potest populo Christiano, apud quem vel unam Missæ Sacrificium usque adeo illi placet, ut inebriare quodammodo ejus iustitiam possit, & ita quidem inebriare, ut saltem, quæ jamjam in peccatores intorquebat, manibus ejus extorqueat. In Græcia quondam tam pestilentis erat aeris infecti contagio, ut homines in publicis comitiis mortui haud aliter caderent, quam imminente hyeme arborum folia. Ad malum tam perniciosum avertendum lausit Hippocrates, (*Segni hom. Chr. p. 1. dist. 12. n. 7.*) ut succis per campum arboribus prægrandes lignorum stipes colligerent, quæ subin accensæ contagiosam aëram purgarent, id quod reipsum factum est. Cum tota passim regio venenosa libidinibus, aliorumque scelerum lue infecta est, ita ut Deus publicis calamitatibus in nos animadvertere quasi cogatur, quæ aliâ remediâ superest, quam ut Sacerdotes Divinum hunc ignem, quem ad altari accendant, cujus fumissimus odor, & amoris flammam, purgant & salubritatem retineant? Et putas, mi Christiane, Sacerdotem, qui tam efficacis & salutæ propitiacionis hœc oblatum litat, & Divinam iracundiam placat, nullam mereri gratitudinem, nullam venerationem? Pergo ulterius!

§. II.

§. II. Per Verbum Dei.

7. Non exiguum meretur gratitudinem Sacerdos propter beneficium, quod Christiano populo præstat, verbum Dei proponendo: quia per illud iracundiæ Divinæ objectum, videlicet peccatum, auferit & destruit, atque peccatores ad penitentiam conversos in salutem firmitatem reducit, prout iterum exemplum habemus in SS. Apostolis Simone & Juda, qui in vastissimis illis regionibus innumerabilem hominum multitudinem ab idololatrica impietate ad veri Numinis agnitionem traxerunt. Geæroffimus Bellidax Josue ubi exercitum urbi Jerichonitæ admovit, viditque illam turbibus, & monibus munivit vi expugnari haud posse, præcepit Sacerdotibus & Levitis, ut cum cornibus & lituis septies urbem circumfrent: id ubi factum est septima vice ex tubarum clangore ac sonitu muri repente corruerunt, atque Israelitis victoribus liberum in urbem accessum aperuerunt. (*Josue 6.*) Per urbem Jericho Dositimus Abulenſis ap. Barz. ser. 4. §. 1. ait intelligi civitatem diaboli, in qua tantum propugnaculo tenebrarum princeps residet, & fastuosum caput contra Deum erigit: moenia & turres hujus civitatis sunt superbia, avaritia, luxuria, aliaque scelera. Et qui sic, cum Sacerdos in cathedra, cui Dominus Deus expressit præcipit: *Clamam, ne cesset quasi tuba exalta vocem tuam.* Verbum Dei intonat, hæc moenia, id est, scelera corruunt, expugnatur diabolus, peccatores convertuntur, & Deus triumphat: *Sicut canentibus tubis,* ait S. Aug., *muri Jericho ceciderunt; ita superbia mundi cum suis turribus, avaritia, invidia, luxuria simul cum concupiscentiis multæ assidue Sacerdotum prædicatione destruantur.* Lubet convinci exemplis? Urbs Limana olim erat sentina scelerum, ita ut impietate cum Sodoma & Gomorra deceretur, & eandem a justitia Divina penam indies metere sollet. Venit tunc temporis Liamas S. Franciscus Solanus, Vir tam vita sanctitate, quam dicendi eloquentia celeberrimus, cujus visendi causa fere tota civitas concurrat. (*Reliq. cent. 3. Mir. 7.*) Tunc enim vero Franciscus perorare, atque tanta verborum vi ac zelo contra vitia detonare cepit, ut, Divina adjuvante gratia, populus primo ingemiscere, dein in lacrymas effundit, demum in genua procidit immenso cum ejulatu, ac erectis manibus Deum veniam rogare, & morum emendationem promittere coepit. Neque desuerunt promissio: urbs quæ diane fuerat scelerum omnium domicilium, facta est vespere penitentis spectaculum. Eandem vim ac efficaciam Verbi Divini expertus est juvenis, (*Men. cent. 6. c. 23.*) qui a proposito dudum concepto ingrediendi Religionem recesserat, & ad mundi genium dissolute vitians voluptatibus inebriatus: cum aliquando in conventu sacre foelicitatis hæc sancti Bernardi gnome illi esset san-

Clavis Spieth. Catech. Conc. Tom. II. Pars II.

cto Mentruo præleretur: *Quid tantum istum, quem iam dudum conceperas, Spiritum concipere? quomodo vivere potes, ubi mori non audeas?* His auditis ceu fulmine tactus primo exhorruit, deinde hoc monuit Divinitus sibi dari agnoscentem, sanctum propitium opere executus est. Desino describere, quam mirabiles conversiones Verbum Dei in S. Augustino, Nicolao Tolentino, Antonio Magno, aliisque operatum sit, & ajo, nimis quam certum esse, quod eisdem conversiones hodieum in peccatoribus operetur, qui audita nonnuquam pro concione usque sententia ad penitentiam convolarant, & demum ad magnam vitæ sanctitatem pervenerunt.

6. Neque solum peccatores converterit Verbum Dei, sed eosdem etiam a relapsu in pristina peccata præservat. Scis, mi Christiane, cur Verbum Dei saltem comparari soleat? ideo, dicitur, quia sicut sal acetosa purificatione carnes a putredine; ita Verbum Dei animas penitentes contra relapsum præmittit: recte ais! verum audi aliquid amplius! cum Carolus V. Romanorum Imperator (*Bucher in præf. l. de sanct. christ.*) urbem Tunetanam in Africa oblideret, militum non solum sed ex calidissimis solibus orta, sed & deficiente comæuam fame fere conata, sed & deficiente comæuam fame fere conata, quod egerant? aliquid falsi granula tabere; quod egerant? aliquid falsi granula linguæ suppulerunt, quibus vitam, usquequid annona addeheretur, una vel altera die, alias certo certis interituri, conservarunt. O quam multi penitentes ad pristina scelera reveri fuissent, nisi unum vel alterum falsi granulum, volo dicere, unam vel alteram sententiam pro concione auditam in animo retinissent, quæ seculo contra pericula, & occasiones obmurmurat, nihil est diabolo familiaris, quam quod penitenti animæ, quam ægre & suis redibus dimittit, pro viribus suis infidias struat! venit ad illam post conversionem, invitat, blanditur, & mundi ac carnis voluptates, olim tam amicas, rursus offert: quid fit? cogitat animæ, quid nuper dixisti & cathedra Sacerdos, repetit sententiam, quæ commoveri te fecit, v. g. *Illam quid præstat homini, si mundum universum intratur,* aut aliam similem, atque sic inviolabile renovat propositum potius morem, quam Dei offensam admittendi. O haudet Deus! si anima illa hoc falsi granulum in mente non habuisset, peccasset, & forte æternum periret. Et putas, mi Christiane, Sacerdoti peroranti pro tanto beneficio nullam gratitudinem, aut reverentiam deberi? Progrediamur ad tertiam partem!

§. III. Et per preces quotidianas toti mundo ingens beneficium præstat.

7. Non exiguum meretur gratitudinem Sacerdos propter beneficium, quod humano generi præstat per horarias preces & alia pietatis opera, quibus tristes peccati effectus, id est, calamitates publicas, uti fæmen, pestem, bellata, aliaque mala propitiato Deo præcipit.

N n & aver-

et avertit. Cum hominum copiosa multitudo Evangelicæ prædicationis desiderio Christum secuta, in deserto famere & sitire inciperet, a misericorde Domino panibus mirabiliter multiplicatis pasci, ac saturata est. (Joann. 6.) Si quæram quæ causa fuerit prodigiosi hujus beneficii, dices quædam, causam principalem fuisse misericordiam Dei, quæ ex liberali providentiæ suæ pœna universum hominum genus, trit, & conservat. Verum insito ulterius: quomodo fuit causa proxima, quæ misericordiam Christi ad patrandum hoc miraculum commovit? Lege motivam Evangelium, videbis causam proximam fuisse intercessionem Apostolorum, quibuscumque Christus ipse de pascendo famente populo consilia agitare cepit, dicens, *nude emeris panes?* postquam autem Philippum mentem suam aperuit, pro saturanda multitudo requiri plus quam ducentorum denariorum panes: & Andreas modum subiecit, quo populus pasci posset, dicens, esse puerum hic, qui quinque panes & duos pisces secum haberet, tum primum præcepit fervorari, ut facerent homines discumbere, & illis per manus Apostolorum de pane mirabiliter multiplicato porrexerit, *quantum volebant*. Ecce! mihi Christiane, prodigiosum nutritionis beneficium dependebat ab intercessione, & ministerio Apostolorum! O Bone Deus! quantum hostis hoc ipso prodigio, id est, multiplicatione panum indigeremus! Eheu! agri sterilesunt, leges grandine, prætra & nocivis animalibus destruantur, crescit quotidie annonæ caritas! quid consilii? Diligenti! consilium & auxilium esse penes Sacerdotes, forsitan sanctissimis temporibus non quidem duodecim fragmentorum copiam speressem, nisi Sacerdotes sacrificii & orationibus illos exorarent, & conferarent.

8. Quondam in urbe Samaria, cum illa a Rege Assyriorum Benadad oblidebatur, truncata famem non sine ingenti incolarum strage sæviebat: crevit indies malum, ita, ut una Matrux propriam suam prolem devoravit. Luctuosa hæc rerum penuria, ubi obfesso Rege Joram innotuit, non tam iram quam furor excedens, Prophetam Eliseum capitis fragmento demanavit: *Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si fecerit caput Elisi super istum hostem!* (4. Reg. 6.) Est mirabilis sententia, cur sacrificium Rex propter plagam famis, & excidium sui populi! quis causat famem, & excidium? nonne obfido Regis Benadad? Ita est! cur ergo bilis puer Eliseum exonerat, eumque morti adjudicat? Jure meritissimo, ait Doctissimus Abulensis: Eliseus fuit Propheta, & prodigiosus Dei famulus, qui ex officio suo tenebatur precibus suis avertere calamitates populi; cum ergo urbis obfido, rerum penuria, & famem necdum decreverent, putans Rex Joram, Eliseum ex negligentia obligationi suæ non satisfecisse, eum capitis damnavit. Verba Abulen-

sis in 4. Reg. 6. q. 35. sunt: *Eliseus debet orare pro toto populo; ergo ex culpa ejus videtur provenire, quod obfido & famis dnraret amplius.* Erravit quidem Rex Joram, quia Eliseus paribus suis non desuit, atque post fufas ad Deum preces prophetavit, quod cras obfisionelara & profligis hostibus portæ aperirentur, & duo modii hordei pro uno latere vendendi fuit, & hoc tamen ipse factis constat, quod rex & publica populorum felicitas ex Sacerdotum precibus dependeat. An putas, mi Christiane, pro tanto beneficio nullam Sacerdoti gratitudinem aut reverentiam deberi? Debetur utique maxima! scis, quid Apostolis Simoni & Jude, postquam in Perside convenerunt, maximam coram populo auctoritatem & reverentiam conciliarit? fere similis casus, qui fuit Elifai. Baradach Babyloniorum Bellidux (Ribaen. hoc fest. 28. Ohoer.) operosa belli expeditione occupatus, armatum exercitum contra Indos ducere cogitabat: prius tamen simulacra Deorum de locustis bellorum consuluit: reposuerunt simulacra per flamines & sacrificulos, & regnum ruinas! Riserunt Apostoli spuria hæc vitia, & vadem præberunt, cras hora tertia adventuros ex Indis legatos, qui suppliciter pacem rogaturi, & conditiones pacis, quantumvis arduas, accepturum essent. Oraculo respondit eventus, & ideo SS. Apostolis pretiosissima munera, & supremæ dignitates a Rege Babylonis oblatæ sunt, præterea, non posse satis compensari beneficium, quo suis precibus pacis tranquillitatem impetrarunt, & a regno suo belli ruinas averterunt.

9. Hæc tibi sufficiant, mi Christiane, jam vade domum, & patere, ut solus cum solis Sacerdotibus colloquar!

10. Epilogus. En, mi Sacerdos Dei! tria sunt, quæ nobis auctoritatem & reverentiam coram populo conciliant. Missæ Sacrificium, Dei Verbum, & horarum preces, alioque pietatis opera! sed hæc tria grandem nobis præstant obligationem! Sacrificium Missæ quod attinet, oh quantum illud animi puritatem, quantum in nobis exigit sanctimoniam! Nimum tantam, quantum assequi vel ipsi sancti Dei famuli desperant, & ideo ex oculis hominum fuga se lurrupere, quam Sacerdoti ordinationem admittere maluerant. S. Amonius (Saneha Regis. Det p. 7. c. 2.) articulum sui præfidi, præfidius etiam linguam, si importunus ad Sacerdotium fuisset expeditus. Sanctus Ambrosius metuens, ne ad Sacerdotium vocaretur, etiam suspectas mulieres in domum suam vocare non dubitavit, ut electorum & populi odium conficeret. S. Nulinus ad Sacerdotium vocatus festinavit in Ecclesiam enim Deum rogans, ut sibi mortem potius, quam tantum animæ suæ infortunium irrogaret, nec delituit prius rogare quam precum importune fuerit exauditus. Quæ causa, quod homines fa-

In Feste Omnium Sanctorum.

CONCEPTUS XXXII.

De Reverentia Sacerdotibus debita ab ipso, quod in cura animarum subsumo, aliisque motiva.

Gaudere & exultare, quoniam merces vestra copiosa est in calis. Marc. 3.

Sacerdotes in honore habendi sunt ex ipsius ratione.

1. Dum de Sacramento Ordinis, & dignitate Sacerdotii agimus, cogitavi mecum hodie, an illa felici calis patria, ubi Beati in suas classes ac ordines distincti cum Christo æternaliter regnant, etiam Sacerdotes inventurum? Miramini, Auditores, inepiam, & vis non temerariam interrogacionem? cum enim Sacerdotes innumeros animas eorum quos baptizant, absolvunt, convertunt, instrunt, inquant, & ad mortem bene disponunt, in calum transitant, quis dubitet, multos ibi Sacerdotes inveniri? Nolite mirari! dicam causam propostæ interrogacionis! (Dion. Carth. l. de 4. Noviss.) Pientissimus quidam Dei famulus dum coulecta animi pensatione æterna contempletur, in extasi raptus, dum Angelo Duce in purgatorio pervenit, omnes fere hominum status ibi, nullam autem Sacerdotem conspexit: interrogans hæc super re Angelum, responsum recepit: Sacerdotes pios, castos, sobrios, qui muneris sub obligationibus satisfaciunt, plerumque sine purgatorio in calos assumi! Oh quantum hoc solatium pro Sacerdotibus! quis non libenti animo dicit nos, hæc in vinea Domini, & cura animarum defudet? Verum etiam auditu terribile est, quod Angelus statim subjungit: Mali autem Sacerdotes, æbebat, qui solunt propter pinguem os in ad hunc statum convolant, qui otio & vitæ commoditatibus distillant, qui potius sub abominis, quam animarum curam habent, plerumque damnantur. Eheu! quis non exhorretat? præsertim cum S. Chryf. Hom. 2. in Act. discrete pronunciet: *Non avertor inter Sacerdotes multos esse, qui salvi sunt? Quare? quia in tam excelso & arduo munere, qualis est cura animarum, multa peccata omissionis & negligentie committunt. Sed quidquid fit de hoc! Tu, mi Christiane, discite, quod ex hoc ipso Sacerdotes revereri, & summa in estimatione habere debeas, quia pro te tam grande periculum, & plurimum tam corpore quam anima tenus incommoda habent. Quam sunt illa pericula? quænam incommoda?*

2. Propositio. Id in præsentiarum explicandum venit! Percipe materiam & divisionem hodierni sermonis! In honore habendi sunt Sacerdotes propter periculum, quod in cura animarum incurunt, hoc primum: In honore habendi sunt Sacerdotes propter contemptum & humilitatem huic statui annexam, hoc secundum: In honore

re habendi sunt Sacerdotes propter perfectionem, quos ab hominibus sepe incultis & rudibus sustinere debent, hoc tertium punctum. Explicemus jam singula; Attendite; Favete;

§. I. Primo, propter pericula, qua in cura animarum subeunt.

3. *Confirmatio.* In primis in honore habendi sunt Sacerdotes ob labores & pericula, qua in cura animarum subeunt. Cura animarum tam arduum, & tot obligationibus obnoxium munus est, ut a Conc. Tridentino ap. Menoch. cent. 10. cap. 56. vocetur *onus Anglicis humeris ferendum*: vult dicere sacrum Conc., etiam si Sacerdos intellectus tam perspicax, prudentia tam providus, voluntate tam zelosus, & viribus tam indefessus esset, quam Angelus, tamen curam animarum non sine timore suscipere debet; quia cum in illius parochia unicuique committitur peccatum, cum unicuique regnat vitium, cum unica negligitur haec usata devotio, cum parentes in educatione prolium sunt nimis lenes aut nimis austeri, cum filii erga parentes sunt immorigeri, cum iuventus in moribus est impudens & dissoluta, cum Patres aut Matres familias in coercendis domesticorum excessibus sunt negligentes, cum famuli aut domini sunt intemperantes & ebriosi, cum in noctem serius protrahuntur convensationes, lusus, & choreae, vel alia quodvis vitium dominatur, haec omnia in Sacerdotis curati culpam adeo redundant, ut gravissimum de his omnibus rationem Deo reddere teneatur. Quid dicam, si eius culpa unica anima pereat? Etenim etiam de anima illius, fere dixerim, adum est!

4. Profecto si caetera omnia deessent, non est explicatum facile, quantum perfectionis & depravationis periculum Sacerdos ex solo tribuiali sacro incurrat. Non loquor de ea difficultate, qua consensarius integris diebus in astu & frigore affixus sedere, incertum rudium patienter dissimulare, contradictiones incultorum sustinere, foveolentos halitus nonnullorum odore percipere, dubitantibus bene consulere, pusillanimes erigere, afflictos solari, temerarios reprehendere, omnibus medicinam praescribere, & continuis cogitationibus, ac intenso studio cerebrum fatigare debet: non inquam, de hac difficultate mentionem facio, sed magis de illa, qua Sacerdos impura facinora, adulteria, sacrilegia, & mundi immundi scelera continuo audiens periclitatur, ne demum eorumdem criminum contagione affectur. Si scopa, qua adium fordes purgantur, non ipsa etiam fordes contraheret, mixculum foret: ita si Sacerdos, dum in aliis peccatorum fossitate albergit, non ipse foedus ac fordescere incipit, res est miraculo similissima. Facillius est morbum ab aegrotante contrahere, quam illi sanitatem impertiri: multi, qui alios servarunt, seipso perdidit, ait Sanctus Bernardus ap. Sanchez p. 5. cap. 3. hinc non alios magis, quam Con-

fectarios videtur Ecclesiasticus c. 39. verbis illis admonere: *Recipere tractatum sanctorum virtutum suorum, et attentione illi non tardare; scilicet animam, qui alterum ex serbo extrahere voluit, ipse in scorbem pertractus est.* Et hoc si usquam alias, certe vel maxime de Sacerdotibus extimescendum esse arbiter; quia illi, praeterquam quod eadem carne & sanguine, quo alii compacti sunt, ab infernali inimico longe gravius, ac importunius quam alii tentantur. Venerabilis P. Petrus de Ulgo Ordinis S. Dominici (*Annal. Ord. Præd. 15. Junii*) in conventu Litmano Sacerdos Religiosissimus, cum audiret in urbe Pezicama haud procul distita Veneris idolum adorari, eique turpissima sacrificia fieri, Divino instinctu ac zelo animatus illic pergere, simulacrum destruxit, & pendulum sacrificiorum morem abolere decrevit. (*P. Joann. 860. l. 7. c. 2. n. 18.*) Perrexit, & quatenus omnino diebus contra sceleratos ritus adeo eloquenter detonuit, ut non modo homines, sed & lapides commovere debuisset. Nihil tamopopulo illi profuit & sibi multum nocuit, ea enim nocte tam obscenis imaginationibus suis tentatus, ut molestiores per omnem vitam nunquam fuerit expertus: quin imo ipse diabolus sub forma dez Veneris se illius conspectui obtulit, eumque ad nefanda, quae nominare non ausim scelera iocivitavit: tum vero sanctus Deus famulus furegere, flagellum arripere, & crudelissimis ictibus in seipsum cavere cepit, nec destitit, priusquam impudens Almodius in fugam fuerit coniectus. Altera die summo mandavit simulacrum & ad arma convolentem populum? quare, quid res fuisse? & videt Indum praeteritis sibi amicum accurrere, qui ab omnibus clamitans: *Euge! O Pater, si chara tibi vita esset, fuge! deus enarravit, venisse subauroram flammam in templum Veneris, & invenisse Deam lacrymis ac sanguine perfusam, nos interrogatam, quid mali ipsi accidisset, reposuisse: Ille Sacerdos, qui heri pro concione dixit, nota nocte me flagellis excepit! Risit in sinum Sacerdos, & ex animo latatus, quod his ictibus, quibus seipsum caeciderat, Sathanas tam luculenter vapulasset, occultata semita Litman secure regressus est. Omniscaeteris, quae in hac historia considerata digna sunt, interrogo, cur eo tempore sanctus Vir, quo cetera Venerem pugnabat, veneris tentationibus tam acriter fuerit oppugnatus? Nempe, sic infernalis scyophanta lolet; quanto zelosus Sacerdos contra peccata pugnat, tanto vehementius ad lapsum in peccata sollicitatur; quia scit inimicus quod percussio pastore etiam dicit peragenda sit oves, & quod Sacerdos, si ipse peccator sit, contra peccata non amplius vim fit habiturus. Mi Christiane, an putas, hoc animae periculum, quod amore tu Sacerdos incurrit, non esse operæ pretium, ut debitam illi reverentiam exhibeas?*

§. II. Secundo propter humilitatem, qua in laetitia vultus habitant.

5. Uterius, in honore habendi sunt Sacerdotes ob humilitatem ex natura rei huic statui annexam! Audi explicationem, quam forsitan non expectas! Sacerdotes sunt homines litterati, ac omni Scientiarum & morum decore exulti, qui in studiis per decem, duodecim & amplius annos scholasticos pulveres devorant, qui singulis annis suae diligentiae probationes, & examina subierunt, qui hausti exinprofectus publicas laudes, praemia & applausus retulerunt, qui exactam erga superiores obedientiam & reverentiam semper spirant, qui alios juvenes nobilitate, & virtutibus insignes eruderunt, qui in civitatibus, in academiis, & Illustrum caedulis cum hominibus eruditissimis conversati sunt; deinde cum ad studium initiati ad parochiam aspirant, nonnunquam in locum solitarii, inter valles & memora abditum relegantur, ubi in domo parochiali saepe lignea, anosa & fumosa habitare, inter homines rudes, incultos, & saepe crudos versari de die molestias mendicantium, & importunitatis amorum sustinere, de nocte autem insidias & rapinas furum & praedonum metuere, & ab omni litteratura, cultorunisque hominum consortio procul remoti inter rusticos rusticari, & fere dixerim inter faunos faunescere debent. Generosissimus David multa adversa tulit: scitis autem, quando illum commiseratione dignissimum censam? tunc mirum cum ex persecutione Regis Saul ego infortunii devenit, ut in deserto Egaddi in foradica & obscura specu delitescere deberit. (*1. Reg. 24.*) Quin imo, cum ibi delituit, supervenit Saul, qui in accessu speluncae, naturae necessitate fecit, quod vos honestius cogitare, quam ego eloqui possum: O miserime David! tu juvenis olim pastorculus leones & urfos vicitisti! tu fastuosum gigantem non sine applausu in arena debellasti! tu virtuosam musica spiritum Saulis compescuisti! tu per heroica facta totius regni affirmationem, & populorum applausum retulisti! & nunc ad eam vitam villatam redactus es, ut abjectus, despectus, ignotus, ignobilis, & derelictus in specu subus terram occultari, & inter foradum humanarum fretores commemorari debeas! Dilectissimi! Davidem nomino, sacerdotem autem curatum intellectum volo! Non est res exigua difficultatis, ingenium indolem in urbe natam, & a puero inter civilissimos homines versatam, postea ruri degere, & in solitudine harere, ubi saepe in rusticis casis, & pauperum tuguria ad agrotantes vocatus, eorum odores & foetores, quos David in spelunca, haurire debet, & neminem habet sibi similem, cum quo prudenter converseletur. Si domi maneat, non habet nisi famulos & ancillas, bardos & stupidas, quibuscum nihil, nisi de bobus, de vaccis, de equis & agris colloqui potest. Si de fenestra prospiciat, non

nisi serquillitas, lacunas & fordes aspicit. Si exeat, non nisi per horam Sacerdotem invenit, cum quo digna fe, digna suo statu conferre possit. Tu, mi Bone, hanc difficultatem parum curas, quia dulcis amor patris, qui cuilibet hominum congenitus est, solitudinem tibi dulcorat: at alter sentit honesta mens alibi nata & educata. In Archiepiscopatu Mediolanensi (*Menoch. cent. 10. cap. 69.*) est abditus, aspera, inamana, infocunda, & inter montes ac valles remotior regio, in qua tempore Sancti Caroli Borromei nemo sacerdotum parochiam acceptare & animarum causa habitare volebat. Quid egit S. Archiepiscopus, ut huic defectui maderetur? In urbe Mediolanensi seminarium fundavit, in quod non alii quam pauci in ea regione nati affinebant, qui deinde in studiis exulti & amore patrie, libentissime ad curam exercendam illuc revertebantur. Quot sunt parochiae tam solitariae, tam incultae, tam horridae, tam inhumanae, tam inter rupes & memora absconditae, demum tam inopes & miserae, quam illa regio! necesse foret, puerum rusticum ibi natum eligere, eumque studiis exculum ordinare, ut saltem unum hominum invenire sit, qui volupe esset, ibi habitare, & animas curare! Vah! vah! Domini Sacerdotes libenter acceptant parochias ubi demum fitas propter pingues redditus & divitias, quas captant! O quantum falleris, mi Bone! Percipe, gaz tertio puncto dicenda suspirant!

§. III. Tertio propter perfectionem, quam a malis vultu tolerant.

6. Denique in honore habendi sunt Sacerdotes ex hoc ipso, quod plus quam alii hominum status ab hominibus ingratis, & saepe ab incultis & rudibus perfectionem pati videntur. Nescio, quo inferni artificii fieri amet, quod parochiani contra suam Carionem, est caetera vir fit modestus, mansuetus, pacificus & zelosus, tamen aliqui invidia & odio ardeant, ita, ut in populi cerevisiaris aliquid convensibus illius digna, facta, & mores quasi ex conditio carpan, fugillant, & criminantur. David in illa spelunca, de qua supra, laetans ingressu Saul, latentem oram chil midia praesertit: O si Sacerdos, quodvis illi detrahatur, toties oram tuam studium subvestimentis perderet, singulis septimanis deberet noviter vestiri. Vere Sacerdos comparatur soli (*Psalm. in Hieros. 1. 3. v. Sac.*) sed non eo sensu, quod inter populum sit, quod loq. inter astra, quo ergo? Quemadmodum sol dum per totam anni periodum diurno lumine mundum irradiat, viventibus calorem, agris fecunditatem, & frugibus incrementum impertit, parum tamen gratitudinis refert; cum vero vel semel in anno eclipsim patitur, omnium linguas & oculos in se convertit; ita Sacerdos, cum omnibus benefacit, populum docet, instruit, catechizat, a peccato retrahit, ad virtutum adhortatur, & optimis exemplis praecur, parum at-

matur, diciturque: est ipse obligatio! ad hac tenentur ex officio! habet suum salarium, & redditus, & que sunt alia! cum vero vel semel per annum ecclipsam patitur, volo dicere, cum in delictum haud admodum gravè incidit, beneficii & virtutibus ejus omnibus oblivioni datus, hoc solum delictum in lucem protrahitur, per omnes domos & conventicula narratur, & nova, sicutque circumstantiarum auxefi exaggeratur. Ita contigit Moysi Patriarchæ: habebat mille splendores, & tamen populus solum intendebat in aethyopiis illius uxorem. Impudentes Israelitæ! non recordamini, quomodo Moyses perniciaquam Pharaonis fregisset? quomodo prodigiola virga in mari rubro viam aperiverit? quomodo totam Ægyptum miraculis impleverit? quomodo populum & captivitate in patriam redaxerit? Hæc non recordantur amplius; quia filioque unius aethyopiæ jam beneficia omnia absorbet & oblitur. (Speranz. scripti. fol. 112.) O miser Moyses! posses infortunio tuo illacrymari, nisi socios haberes doloris Sacerdotis! milles beneficis non adeo attenditur, quam semel deliquisse, ut adeo verum fit illud. Benefacta scribuntur in pulvere, delicta sculptantur in silice!

7. Hic ipse proia contemptus, quo status sacerdotalis ab obvio quovis lixa, & tonsore, imo etiam ab iis, quorum amore toto incommoda, labores, & pericula subit, carpitur & fugillatur, motum tibi esto, mi Christiane, ut illum tanto majore amore & honore prolequaris; id enim ipse Deus fecisse videtur. Edic, quando Deus honorem Sacerdotis Aaron maxime defendit? Nempe tunc cum a Chore, Dathan, & Abiron contra vestes & obmurationes (Num. 16.) quid ibi factum est? terra sub pedibus obtricatorum delinens illos omnes absorpsit. Edic quando maxime Deus honorem Elifai defendit? Nempe tunc, quando a petulantibus pueris ob calvitium & sanctam simplicitatem lusu fuit habitus! (4. Reg. 2.) quid factum est? duo usi & proximo nemore erumpentes pueros omnes mactarunt, trucidarunt. Edic quando maxime Deus honorem Elie defendit? Nempe tunc cum a Rege Ochozia emisit satellitus ad necem quærebatur. (4. Reg. 1.) quid factum est? ignis descendit de celo, & consumpsit tribunal cum quinquaginta militibus. Ea mi Christiane, sic apud Dominum Deum haud levem inibi gratiam, si Sacerdotem ea ipsa de causa, & eo ipso tempore, quo perfectionem patitur, quoad famam, vitam, & fortunam defendas. Ego ille deliquit, hoc est, eidem fragilitatibus, tentationibus, & occasionibus, quibus tu sit, sit obnoxius! forsitan errorem suum tanto majore zelo, & vitæ sanctimoniam compensabit. Si omnes in Ecclesia status improbandi forent, in quibus inventi sunt mali, qui tandem suos honores & reverentia remaneret? Inter principes inveniantur tyranni, inter nobiles gastrimurgi, inter opifices falsarii, inter maritatos adulteri

& fere non est hominum conditio, que non suo labore navo. Pulcherrime hanc in rem dicitur S. Aug., inquiens, Ep. 137. Homo sum, & inter homines vivo! Non mihi arreo, ut domus mea melior sit, quam arca Noe, ubi inter octo homines unus reprobus est! Non mihi arreo, ut domus mea melior sit, quam domus Abraham, ubi degener filius Israel seductor Isaac ei ejiit debuit. Non mihi arreo, ut domus mea melior sit, quam domus Jacob, ubi lectum patris filius incestu fecerat. Non mihi arreo, ut domus mea melior sit, quam domus David, ubi filius contra patrem sanctam mansuetudinem rebellavit. Non mihi arreo, ut domus mea melior sit, quam collegium Apostolicum, & ipsum calum, in quorum primo proditor Judas, in altero rebellis Lucifer ceciderunt! Vah! quam belle Sacerdotes possant esse Cicerones pro domo sua! Mi Bone! tu cum tua parte contentum abi, & da spatium, ut ultimam partem cum meis sacerdotibus colloquet!

8. Epilogus. S. Chryost. l. 3. de Sacerd. inquirens unde proveniat, quod homines mundani demirentur & cavillentur imperfectiones Sacerdotum quantumvis micimas, existimat, id ea de causa fieri, quia Sacerdotem non tanquam hominem fragilem, sed velut Angelum humane infirmitatis expertem respiciunt, plures autem rationes hujus persecutionis adducunt proximæ. Ex quo delumere potes, mi Sacerdos Dei, quam necesse nobis sit vitam ducere quasi Angelicam, id est, ab omni defectu liberam! hæc ipsa causa de causa prohibuit quondam Deus vestes Sacerdotales fieri ex lana, præcipue illas fieri ex lino. Num. 10. Quare hoc? quia linea, ait Philo Hebraus l. 2. de Monar. non conficitur ex mortali materia, sicut vestes laneæ. Præterea vestis linea gaudet hoc privilegio, quod ei non nocet tinea, que tamen infesta est lane; eamque corrodit. Vult ergo Deus, vitam Sacerdotis tam puram & mundam esse debere, ut nihil mortale redeolat, & nullam imperfectionis tinea patiatur. De cetero, Sacerdotes mei, si mordaces maledicorum dentes identidem experiamini, si persecutionem patiimini propter iustitiam, solatio vestro est hodiernum Christi estatium: Gaudete & exultate quoniam merces vestra copiosa est in caelis. (Mat. 5.)

In Festo S. Martini Episcopi.

C O N C E P T U S XXIII.

De causis, propter quas Sacerdotes ab ingrato Mundo minus estimari, aut contemni solent.

Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tenebrosum erit. Luc. 11.

Humanus oculus seu iudicium sapo decipitur.

1. Nihil est fallibilis, & deceptioni magis obnoxium, quam oculus hominis. Oculus in pictura, quam ajunt perspectivam, pu-

nat castellum, aut navigium procul esse distans, & via una aut altera spithama est remotum. In hris putat esse veros ac stabiles colores, & post unam aut alteram momentum disparent. In aqua putat baculum esse fractum aut incurvatum, & est ad lineam rectus. S. Ephrem (Mansuet. 1. c. 83.) Casaream profectus est ad videndum sanctum Basilium, quem sibi jam antea in extra sui specie ignita colambæ proponi viderat, & cujus sanctimoniam in toto orbe celebrari audierat: verum ubi Casareæ appellit, viditque sanctum Antistitem mitra, pedo, & pretioso ornata fulgentem, illum tanquam vanæ & superbe vestitum desepxit. Verum cum S. Basilium nominatum illum vocare, arcana animi illius sensa pandere, & dono lingue græcæ prodigiote instruere cepit, aliam longe affirmationem de illo hausit, & sacerdotio se institutum permisit. Totus ergo error, quo hodie Sacerdotes ab ingrato mundo despiciuntur, aut saltem non adeo, prout debent, estimantur, redundat in oculum; quia videlicet illi non oculo simplici, sed oculo nequam & corrupto aspiciuntur, & sic totum aspicientis corpus tenebrosum fit, id est, intellectus fallum dictamen, voluntas suam affectum, & cor aversionem contra Sacerdotium concipit. Dicis forsitan: Audivi hæc aut illa dici! Quid tamen audieris? In sylva putas esse hominem clamantem, & est Echo. Si audivisses Putipharis uxorem, credidisses Josephum esse adulterum! Si audivisses duos senes in hortu, putasisses Susannam esse impudicam! O quam simplici oculo & defæcto iudicio S. Martini Episcopus Sacerdotium estimare calluit! (Sextus Sulp. in Vit. S. Mart. c. 33.) Invitatus ad mensam Imperatoris Maximi Sacerdotem quemdam, comitem suum secum duxit, cumque ab omnibus conviviis detrahit aulam, pro more illius temporis, primo crateris haurit Imperatorem veneratus credebatur, veneratus est suum Sacerdotem, ut indicaret hunc ipsum Imperatorem dignitate præcellere: neque hoc factio offendit, sed potius edificavit Monarchiam. Deum immortalis qui ergo causa, quod Sacerdotium vile feat, nec in eadem, qua olim, estimatione habeatur?

Et hæc deceptio causa est, cur Sacerdotes contemnantur.

2. Proposio. Causa est, quod oculi aspicientium non amplius sint simplices, sed nequam, id est, falsis dicantibus, & inistris passionibus corrupti. Lubet unam, vel alteram causam percipere? Perspicimus. Prima ratio est, quod Sacerdotes putentur sub fœmate pietatis esse scelerati & delictiosi: altera ratio est, quod inter medias divitias putentur esse avari & tenaces: Tertia ratio est, quod in correctione peccatorum putentur non tam perstringere vitia, quam personas. Discutiamus hæc iudicia, a veritate sint consentanea! forsitan audietis, quod nunquam adhuc audivistis! Attendite! Favete!

3. I. Putat enim idemulus esse sceleratos hypocritas. In primis sacerdotes contempti habentur, quia putantur esse vitiosi, delictiosi, luxuriosi, & necio quibus vitis dediti. Contingit forte ut unus aliquis in turpe delictum cadat, & statim in totum ordinem bilis exoneratur, diciturque: Iste pope fuit hypocrita, sunt deceptores, sunt a verbis & regulis, quas prædicant, toto celo alieni! Et tu, quisquis ista loqueris, toto celo aberras a veritate! tuus oculus non est simplex sed nequam, & totum corpus tenebrosum! Deus bonus! que Eryanis expugit hominum cerebra! cum unus Sacerdotum delinquit, totum statum culpant, & denigrant. Videtur jam tempore S. Pauli hæc deceptio invaluisse, cum enim Apostolus movuit tum Titum: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, (Tit. 2.) statim subnectit: ut is, qui ex adverso est, veretur, nihil habens malum dicere de nobis. Quid hoc paradoxæ locutionis? cur ait De nobis? si Titus male agat, homines habebunt malum dicere de Tito! quid ejus delicta ad nos? subintrat hic Doctissimus Apyllionus hanc esse commuam styllum loquendi; cum maritus frangi conjugalem fidem, non dicitur, illi conjugari fuit omnes adulteri! cum unus opificum indult clepeces manus, non dicitur, illi cives sunt fures & raptores! cum una pællorum in tumescit, non dicitur, ista femina fuit perulcentibus bestia! Nihil simile! verum si unus Clericorum calcitrat, non solum de illo, ait citatus Doctor hic in Tit. 2. sed de omnibus doctri- na Evangelica. Ministris peissima fama spargitur.

4. Mi Christiane! non inficias ideo, in Sacerdotum numero haud paucos inveniri dicosos. Sed quid? si eorum vitia, & orta exinde scandala tibi imputarem? Quid! Mihi? Ita tibi! quia cum eam maxime fant, qui in Sacerdotio scandalos vivunt? sunt qui citra Dei vocationem in hunc statum involant. Quam autem involant in hunc statum citra Dei vocationem? qui per te, tuique similes iteratis ac importunis precibus intruduntur! Est forte insulsius pauperum parvorum filius, qui ante aliquot annos in via Miserva ad litteratum studii missus nunc adolescit, & quid agere debeat necit; parentes ergo, ut sibi simul & filio consulant, per se, per cognationem, per totam communitatem pagi, per Dominum, quem habent territorialem, & si forte apud Canonicum Cathedralium cogatam habeant ancillam culinariam, etiam mediante hac per illum, opportune, importune, sine fine rogant, supplicant, obsecrant, urgent, & sollicitant, ut ille filius ad sacros Ordines admittatur. Sic tandem Sacerdos fit, qui plus straminis quam cerebri in capite gerit, qui in scholis femp fecum annu arcadiscum occupavit, qui annos scholasticos magis cantharis, quam sacris canonicis consecravit, & in popinis, in choreis, in consortis nihil minus quam Clericalibus herens datum aliam sibi

sibi sponfam, quam Breviarium animo designaverat, ille inquam, sum ad Sacerdotium, & paulo post ad Parochiam admittitur. Quid sit desolatilime vivit, & quoniam solatium internum in suo statu non invenit, convolat ad externa, id est, ad immoderatas recreaciones, ad commessationes, ad comotationes, ad lusus, & periculosas familiaritates, & quoniam in-crasatus, impingatur, dilatatur deliciosius vivit, quam in statu laicali sperare poterat, ad, minuculate otio, instigante demone, & in-vitante occasione, in ea scelera labitur, quibus ad luctum totius cali, & ad plaustrum totius inferni tota late vicinia scandalis repletur. Egregium pastorem! si hoc est gregem pascere, quid demum erit perdere? Penes quem aene est culpa omnia horum scelerum? penes illos, qui studiosum huic male moratum, & forsitan etiam nolentem Sacerdotio obruturant. Non ego sic loquor, sed Doctissimus Marchantius Gandelab. Myst. tr. 3. lect. 5. *Inde tot scandalis & tot apostasi, quia plures irrepunt, non a Deo vocati, sed a parentibus intrusi*; ideo parentes & recommendantes de omnibus scandalis gravissimum Deo iudicium rationem dare debent, quia scire potuissent, & debuissent, hominem a Deo non vocatum in hoc statu multo minus, quam in glacie sine pudendis lapsibus stare posse.

5. Duo ex Discipulis Christum Dominum a monte oliveti usque in atrium summi Pontificis secuti sunt, Petrus & Joannes: (Joan. 18.) quis autem ex illis in turpe peccatum ibi delapsus est? Petrus, quia timore mortis ter Christum negavit. Qua causa huius infortunii? nonne ambo Discipuli in equali periculo versati sunt? ita est, ambo! cur ergo Petrus cadit, & Joannes firmus stat? Ideo, reponit Paulatus, quia dispari prolixo modo palatium ingressi sunt: Joannes introiit cum Jesu, Petrus autem introduxit ancilla tutum stetit, illum turpiter cecidisse? *Norist*, ait Paulatus in c. 26. Matthe. *Norist*, qui in Ecclesia ingrediuntur, non merito sua, sed aliorum favore, facilius se habere ruina, paratum sibi esse precipitium. En mi Christiane, quod inveniantur vitiosi Sacerdotes, penes te, & paratos recommendantes culpa est! vivunt illi scandalo, ait Pichavianus, (Berchor. Verb. Castell.) quia non confitentur a Deo, sed a mundo, non a infirma, sed a simonia, non a Divina inspiratione, sed a carnali affectione.

§. II. Putat eos avares Exclusiones.

6. Altera ratio, cur Sacerdotes contemptui habeantur, est, quia inter medias divisiones tractant esse avari, & tenaces. Si familiaris ex redactibus sacris ditarentur, si fratribus, sororibus, nepotibus & neptibus dotem constituerent, triticium, pecunias, vestimenta & alimentis liberali manu sua praeberent, ut illi sine omni cura &

solicitudine rei temporalis in otio sterere & torpere possent, prosequo essent aerei Domini cognati. At quia exsequo avaritiam penitentium, quia non plenis manibus aurum in finium familiarium effundunt, quia proventus suos in usus pauperum & Ecclesiae convertunt, idcirco tantum totius familiae oilium contrahunt, & passim tanquam infatigabiles & tenacissimi Eclusiones distantur. Expertus est S. Engelbertus Archiepiscopus Colonienis, qui quia familiarum ditare noluit, a consanguineis quadraginta vulneribus interiectus est. (Pau. in Jon. 1. l. 2. n. 9.)

7. Mi Christiane, complura sunt haec in re, quae magna sinceritate colloqui debemus! In primis tantum abest, ut avaritiam Sacerdotum approbem, ut illam potius tanquam pestem exerceat & averfer: necum sentiant omnes SS. Patres, qui avaritiam Sacerdotum tanquam abominacionem in templo detestantur, & libertatem in illis tanquam primam notam requirunt; consequenter non invidio tibi remuneraciones, congraria, & pecuniaria subsidia, quae clericali marsupio cum discretione accipis, praesertim si ipse pauper, aut prolihus aut debitis oneratus sis. Verum si tibi persuadeas, ejusmodi subsidia tibi deberi, cognatum tuum Parocham esse indifferenter, avarum, & inimicicordem, nisi tuam cummenam deteat & faciat, vehementer decipere, & quidem ex duplici capite; nam primo, Clerici non sunt absoluti proventus Ecclesiarum Domini, ita ut illos pro libitu ad ditandum familiam alioque id genus profanos fines profundere possint; utpote quos strictissimis SS. Canonum sanctionibus in usus pauperum, & Ecclesiarum convertere & applicare tenentur. Cantipranus (Men. cont. 7. c. 32.) narrat de quibusdam Clericis, qui sacras has leges transgressi sunt, quod a Deo gravissimis poenis puniti sint; unus enim illorum ex equo delapsus cervicem fregit, alter in sella recubans inventus est mortuus, tertius in choro canans repentino obitu decessit, quartus sepulturam necesse sine Sacramento decedens in sepulchrum ad infernum projectus est. Cum igitur mi Christiane, clericali peculio inhiat, nil aliud revera agis, quam quod benefactorum tum tam corpore, quam anima tenus infortunatum esse velis. Id quod timorati Clerici quam optime agnovere & hac in re cauti esse debent. Hadrianus IV. Pont. (Men. cont. 1. c. 12.) pauperulis parentibus progenitum, cum summa dignitatis apicem tenuit, nec obolum in propinquos proludit, ita ut ipsam Matrem elemosynis Cantuariensis Ecclesiae alendam reliquerit, certe ad exemplum Christi Domini, qui Joannem & Jacobum, dum titulo cognationis primas in regno Christi dignitates ambiabant, constantiter repulit, hoc facto docens, Clericum, qui ad conversionem animarum Christo collaborat, ab omni carnis & sanguinis affectu debere esse alienum. (Paolus 1. Ep. 4. post Dom. 2. Quod.) Deinde mi Christiane, revera nescis, quid pe-

tas! quid ergo tuam omnino depauperationem & ruinam! bona enim Ecclesiastica in causis profanas applicata adeo non prosperantur, ut possessores laicos tandem miseros reddant. Antiquitus erat adagium: *Equum Sisyum habet*, (Ruffin. cont. 1. p. 1. mir. 36.) origo adagii erat ista: Equus fuit portentose magnitudinis, sed omnes suos possessores infelices fecit: primus erat Sejus, qui a Marco Antonio Triumviro ad mortem condemnatus, capite plexus est. (Menoch. cont. 11. c. 22.) Dein equum emit Cornelius Dolabella, & iste in seditione ac bellis domesticis in Syria interfectus est. Tertius equi possessor erat Cassius, & iste in bello contra Parthos vitam amisit. Quartus erat Antonius, & iste ab Augusto victus, & a suis delictis interit. Eandem malignitatem bonis Clericibus, cum ad manus laicis devenerint, inesse puro, ex solum discretione, quod raro, aut nunquam velut ille equus, ad tertium haeridem transeat. Depauperant, non ditant; habetque ab experientia, quod multa familiarum, quarum ipse ego haud paucas novi, postquam duo, tria, quatuor, aut plura millia ex Clericorum hereditatibus captarunt, paucos intra annos depauperavit & ad incitas redacta sunt. En mi Christiane, quam imprudenter ex bonis Clericorum ditari cupias, dentem & accipientem, id est, teipsum & Clericum, hunc quidem animam, te autem corpore tenus miserum facis.

§. III. Putat eos esse indiscretos Aristarchos.

8. Tertia demum ratio, cur Sacerdotes odio & contemptui habeantur, est, quia dum ad correctionem peccatorum laborant, non tam vitia personarum quam ipsas personas persequi, & perstringere putantur. Fateor quidem, manus sacri Oratoris, manus Confessarii est excellentissimum, sed & periculosum; quia Sacerdos hoc munere perfunctus necessario, & fere inevitabiliter aut Dei aut populi offensam incurere debet: Si officium suum languide, oscitantur & dissimulantur facit, offensam Dei incurrit; ita enim Zacharias Propheta c. 3. vidit Jesum Sacerdotem, qui in corripiendo populo negligens fuit, coram Divino tribunalis a deo esse gravissime accusari. Si autem ardentur, ac indefesse persequitur scelera, offensam populum; ita enim Marcellus Pontifex (Berchor. Verb. Castell. p. 6. c. 9.) Imperatoris Philippi, Agapitii Justitiani, Ricarii Regis Roberti, & Chrysolomus tam Imperatricis Eudoxiae, quam populi Antiocheni gravissimum indignacionem contexit.

9. Huc demum, proh dolor! devenitum est, ut populus sua vitia, tanquam mores defendat, & injuriam sibi fieri autumat, cum corrigitur. Exemplum captivum in Verbo Dei, quod ecclesia proponitur. Fateor, mi Christiane, numerosis populus die festo concurrat ad audiendum sacrum Oratorem: sed iste non placet, nisi blandiatur, aut aliena vitia ad te non per-

tenentia perstringat: is, quos exprobrato tangit, nunquam probatur: quia maluit auditores dicentem contemnere, quam te corrigere. Ponamus sacrum Oratorem detonare contra luxuriam: Ecce! applausum fert apud conjugatos, qui ab hac vice se liberos putant: quodsi vero incipiat capere malam prolium educationem, isti statim frontem caperant, & dicentis monita dedignantur. Ponamus sermonem fieri contra superbiam: Ecce! avidissime dicentem auscultant agricola, & opifices: quodsi vero fiat admonitio contra fraudes & injustitias in arando, in marginando, in emendo & vendendo, isti statim oculos avertunt, & in audiendo Verbo Dei omnem gustum amittunt. Ponamus fulminari contra gulam & immoderatas pergracaciones. Ecce! libenter id audiunt feminae & pauperes, sed obstruunt capones & fideles; dicunt, non posse sibi subtrahi suam sustentacionem & panem quotidianum. Ponamus perorari contra pretiosum vestium lulum: Ecce! libenter id audiunt mariti, sed indignatur uxores; dicunt, nunc esse id moris, non posse se minus facere aliis ejusdem conditionis. Ponamus fieri invecivam contra immisericordiam, & oppresiones pauperum: Ecce! aures irritigant subditi & egeni, sed irascuntur Nobiles & Superiores, dicunt, hoc non pertinere ad cathedram, esse zelum indifferetum, non posse se normam agendi acceptare a popis, & quae sunt similia. Ita quilibet libenter audit perstringi aliena vitia, nemo sua: quilibet status pro peccatis sibi propriis tanquam pro aris & focis pugnat: quilibet putat se fute peccare, & sibi injuriam fieri si corrigi velit: quid mirum deinde, Sacerdotes, quibus correctio & exspiratio scelerum ex officio incumbit, contemni, vilipendi, & odio haberi: quia ipsa Veritas odium parit! Verum, hoc quantum decipieris, mi Christiane, nonne Sacerdotem illum insigni Virtutis laude dignum aestimas, qui est Pater pauperum, qui egenos sustentat, qui viduas defendit, qui famelicos pascit, qui orphanos suscipit, qui pupillorum patronum agit, & qua sum similia? sine dubio, hanc talem aestimas & extollis. At vero, si S. Gregorio Hom. 6. in Matthaeum, credis, plus nobis praestat, qui populo Verbum Dei ad corrigenda vitia proponit. Audi illius verba: *Plus est vobis pabulo vitiarum in peccatum motum reficere, quam ventrem muricis carnis terere pane sacrae*. Et hoc dictum iustitiam.

10. Nunc Auditores Laici, ite domum! paucis superant, quae cum Sacerdotibus suis colorum oportet.

11. Episcopus. Agite, Sacerdotes mei, non curemus has odii & averfiones causas, nec illius intuitu ab officii nostri obligationibus vel latum undem recedamus. Esto, quod Mundus non odio habeat propter Verbi Divini praedicationem, non tamen cedendum est! calumniae oportet, mi Sacerdos, sicut enim calumnia ex ipsi exhalacionibus terra fulmina cudit, ita

ita tu ex ipfis oblocutionibus & obtreationibus populi novum zelum concipe & contra vitia detona. Difcretionis tamen non oblivifcere, ne dum nares emungere cupis, fanguinem elicias! non fine myfterio facri praedicatoris falli comparantur; ficut enim fal in fe continet una ignis & aqae elementum; ita facer praedicator una habere fervorem & lenitatem, atque fcire debet, quomodo modo illum, modo hanc, modo utrumque pro diverfitate temporis, ac personarum adhibere debeat. Uterius eft, quod Mundus nos odit habeat, quia ejus affectum profusa, quam pratendit, liberalitate mercari nec poffimus nec volumus, tu, mi Sacerdos, fummopere cura, ut proventus, Ecclefiafticos juxta Canonicas fancies prudenter difpenfes, femperque cordi impreffa habe verba S. Bernardi, ep. 2. ad Fulcon. quae in favore Ecclefiaftiarum & pauperum eloquitur: *Clamant nudi & clamant famelici, conqueuntur & dicunt, noftrum est, quod effunditis, id nobis crueturum fubtrahitur, quod unquam expenditis.* Denique eft, quod Mundus nos odit habeat, quod putet effe delicias, divitibus, vitis, luxui & luxuria deditos; tu, mi Sacerdos, vince in bono malam, & imitate manufactorem Chrifti, qui noftri amore homo nequiffimus & populi feductor audire, ac condemnari non detreclavit; praecipue autem fude, ut per inculpant vitam, fanticamque conversationem falia mundi diftamina ac deceptionem corriges & amendes. Verum quidem eft, quod a plebe modicum adfationem reportemus: fed quibus culpa? non alia quam noftra; fi enim in re Divina foecordes ac tepidi, in recreationibus & delictis immoderati, in commefationibus intemperantes, in conversatione hominum difoluti appareamus, quid miramur, quod illi, quorum oculi in nos tanquam vitae fuae regulam collinant, conceptam de nobis adfationem vel ex integro, vel faltem ex parte amittant? Veniat huc ad nos Mercatorum aliquis, qui mira magnitudinis margaritam nobis exhibens, eam fuper aurum, argentum, & omnes mundi divitias dilaudet & extollat. Miramur margaritam, cum ecce! Mercator illam in furdidam lacunam projicit. Quid hoc rei? obfupercimus, mutatoque judicio dicimus, pretium margaritae, quod mercator potius cum jactantia, quam cum veritate extulit, non fuiffe tantum; alias fieri non potuiffet, ut in furdidam lacunam proferretur. Eundem in feofum judicant mundani de Sacerdote; audiunt quidem a nobis, quod illud Regum, principum, & Angelorum dignitatem praecellit; verum cum fecus oculis vident quam auribus audiunt, volo dicere, cum experiantur, effe Sacerdotum nonneminem, qui pretiofam hanc margaritam in lacunam projicit, id eft, qui in popolis, in tabernis vinaris, in nuptiarum folemnitatibus, convivis, in lufibus, in rixis & alicratationibus publico verfetur; aut nobiliffima fupra mentem hiftrionem agat; tunc enim vero arbitrantur, & dicunt, Sacerdotium non effe adeo

afimabile, quam verbis depraedicator. O Domini Sacerdotes, finas cauti, circumfpecti, & folliciti ad adificationem populorum, moremque geramus Apoftolo, (*Tit. 1.*) qui vult Sacerdotem fine crimine effe, non fuperbum, non iracundum, non violentum, non perculforem, non turpis lucri cupidam; fed hofpitalem, benignum, folerium, iufum, fandum, continentem, & potentem exhortari in doctina fana. Oh Sacerdotum exemplar S. Martine, exor nos bina a Deo gratiam; ut has Apoftoli regulas expleamus! Oh fi id fiet, totus mundus converteretur. Amen.

In Feflo S. Catharinae Virginis & Martyris.

CONCEPTUS XXXIV.

De neceffitate Penitentiae ad placandum Deum, qui peccata noftra calamitate famis & penuria punire velle manetur.

Quod fi audire nolueris vocem Domini, -- mittet Dominus fuper te famem &c. *Deut. 28.*

Sicut Jonas tempeftatem, ita calamitatis famis caufam noftra peccata, qua Deus, licet longanimitas tandem quafti vi coactus puniat.

Tempore, quo Rex Jeroboam in Judaea, & Sardanapalus in Affyria fepturum tenebat, in Joppen maritimo Judaeo oppido, quod hodie Jaffa dicitur, navigium omni mercatorum genere onuftum et portu folvit, in Tarsis Cilicia urbem iter facturum, (*S. Auguft. l. 18. de Civit. Dei c. 17. Adulf. Tit. l. 4. Reg. c. 9. q. 3.*) fed infortunato ventu; cum enim navis medium mare tenuit, invalefcente vento tam terribilis tempeftas coorta eft, ut nave meta naufragii ad alleviendam navim pretiofas merces & vafa in undas evacuarint: vilum eft ex manifeftis iudiciis, hanc navim caelo exeam, & ideo pereundum periculo obnoxiam effe: tunc omnes obfupercere, & in caufam tanti mali indagare coeperunt: mifere fortes pro more illius temporis, & ecce! fors cecidit fupra vnum nomine Jonam in infima carina latentem, & meta trepidantem. (*Jon. 1.*) Hanc examinant quis? unde? quo? conperiantque effe prophetam, qui a Deo in Ninivem miffus, uteretur urbi exitium denunciarere, contra praecceptum Domini averfo curfu in Paffis tenderet: illum ergo irati Numinis, & totius infortunium eam agnoscentes in undas eiecerunt, & tunc per lago ad malitiam redacto iter fuis felicitate conferunt. Oh quam confulto egerunt navate, quod malo fuo remedium dari in ejus caufam & originem indagant! alias forfan omnibus in tempeftate perendum fuiffet! Oh mei Chriftiani quid dicam? Amantiffima Patria noftra videtur huic navigio fimillima! Oh quam luctuofa tempeftate jactatur! obivimus rigidiffimam fece octo menfium hyemem, astra

ferre

ferre tota fuit frigida & ftérilis, fruges agrorum, pratorum & arborum e dimidio perierunt, pecudes fame & morbis copiofe occubuerunt, jam iterum praturae pruinae, & glaciales procellae feminibus nocent, terram ftérilem reddunt, in arribus & pagis familiae quam plurimae ad incitas rediguntur, crefcit quotidie tam mendicantium multitudine, quam annonae, & vidualium caritas, fames praeforibus eft: cheu! elementa omnia ipfumque calum videtur nobis indignari, & quod malorum omnium coronis eft, jam Auguftiffimo Patriae noftrae Patris in fperata morte e vivis fublato, effe omni parte impendent bella, nemo eft, qui nos defendat, deficit equoriam, deficit equoriam, & nullum Germanum Imperium vergat in ruinam!

2. Trophoeis. Dicite, quis eft ille Jonas qui patriae felicitatem evertit? quanam eft caufam tantorum malorum, cum dicat Job, *Nihil in terra fua caufa fit?* Id etenim praefenti fermonem difcutiemus, non alium in finem, quam ut opportuna malo remedia adhibeamus, praefertim cum Reverendiffimus nofter ac Sereniffimus Princeps ac Epifcopus pro eo, quo erga nos fertur, amore, omnibus animarum Paftoribus diferte praecerperit, ut populum ad penitentiam, publicaque comprecationes pro placanda Numinis ira energice hortaretur, ac animarent. Eja expurgiffimini peccatores, qui cum ftitutis Virginibus dormitis, & dormitatis, exantice lethargum! Favete!

3. Confirmitio. Quid opus eft inquirere in caufam noftrae calamitatis, quae aperte in propatulo eft? caufa noftrae calamitatis eft in tempeftiva hyems, continuum frigus, quotidiana pruina, nives, glacies, tumultuofi ventu, naturae ordini repugnans tempeftas, atque demum confequens ex his omnibus terrae ftérilitas! Quiquifque ita fentis, loqueris quidem ut bonus Philolophus, nondum autem ut bonus Chriftianus; redit enim quaefito, quis corrupti naturae ordinem? Nempe Deus qui creaturis, qui inimicis fyderum influxibus utitur ad caftigandum humanum genus. *Ego adli vobis indigentiam panum in omnibus locis veftris, ait Deus ipfe per Prophetam (*Amos 4.*) Ego non calum fortuitus! Ego, non elementa & fyderum hoftilis influxus! Ego id feci ex fumma fapientia, providentia, & aequitate! Ego Pater vefter hoc malum vobis ingratif filiis irrogavi! Ego vobis, quia & beneficia, & mitas meas diu contempnivi habuiffis. Etenus eft caufa efficiens hujus mali! Dein ulterius quaeritur, quis Deum optimum maximum ad iracundiam contra nos concitavit? Refpondet tota fcriptura, respondent omnes fancti Patres, respondent concionatores in cathedra, respondent Confefarii in facris tribunibus, caufas, quae Deum ad iracundiam, & ad indignandam populo calamitates commoverent, effe unice noftra peccata! Legatur folum vigefimum octavum Deuteronomii caput, & in-*

venietur, Deum tot fagitiffis ftatuiffe perfequi hoc peccati monitum, quot poffibilia funt in mundo mala. Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ait ibi facer tejus, ut cutofidias, & facias omnia mandata ejus, percutiet te Dominus morbis, fame, & egeftate, ardore, & aftu, acre corrupto & rubigine: Maledictus eris in civitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, maledicta reliquiae tuae. Tradet te Dominus corruentem ante hoftes tuos in derelictionem & contemptum. Omnes itae maledictiones venient fuper te, & conterant, unguibusque apprehendem tenebunt, donec infat te tigris, dum te dilanient. Peccatum eft ille Jonas, qui omnium malorum tempeftatem in nos concitat.

4. Jam cogita, mi Chriftiane, num mirum effe poffit, quod a Domino Deo penuria & rerum egeftate paniamur, cum in mundo omnis generis peccata plenis furis dominentur? quid aliud invenitur in Principum palatiis quam fuperbia & faftus? quid in aulicorum & nobilium caftellis, quam vita Epicuriae & Macchiavellicae? quid in Senatorum & Judicum curiis quam injuftitia, & pauperum oppreffione? quid in militum castris quam juramenta & blafphemiae? quid in templis, quam diffoluti mores & irreverentiae? quid in opificum tabernis quam fraudes & deceptiones? quid in omni populo, quam impudenticium luxuria feclus, quo omnis caro corrupit viam fuam? Quaefo ex quibus iudiciis olim Aegyptius Jofeph feptennem famem vaftrificatus eft? *confumptura eft fames omnem terram! (*Gen. 47.*)* Dices quidem, indicia faiffe feptem macilentos boves, quos Pharaon Rex in fomnio confpexit: verum Sanctus Ambrofius ap. Barz. ferm. 65. n. 14. tenet contrarium, afferitque, figaum venturae famis fuiffe feptem pingues, qui in opimis palcis puelcubant; ex illa enim frugum abundantia, qua integro feptennio omnis terra affluabat, nata eft petulantiffima hominum luxuries, quae dein in feclerum poenam, luctuofam famem parturivit. Dilectiffimi! nonne benigniffimus Deus ab aliquot annis anxia in nos fuit profufe liberalis, atque pinguiffimas menses, ac fructuum ubertatem nobis concessit? quomodo ufi fumus his Dei donis; peffime, ingratiſſime! tanta fuit mundi perverfitas, tam frequens mandatorum tranſgreffio, tanta in commefationibus & confortis immodestia, tanta in pudendis familiaritatibus proccacia, tanta in juvenibus peccandi licentia, tam cafandolae denique in dictis & factis impudentia, ut turpiffimum luxuriae feclus, vix amplius probum fuerit habitum, & ex hac ipfa morum corruptela facri oratores, & confcientiarum arbitri jam dudum Dei vindictam, graviffimaeque calamitates praedixerint.

5. Plus dico! Dominum Deum non ita ad vindictam provocant haec peccata, quam poft

pec-